



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

Liber XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

THEODOSI⁹ MAGN⁹ Coram S. Ambrosio poenitens.



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XV.

LIBERIUS, PAPA.
JULIANUS, IMPERATOR.

§. I.

*Vicissitudines in aula sub
Juliano.*

Haud multo postquam Imperator Julianus Constantinopolim advenisset, per delegatos judices illorum facta, quorum sub Imperatore p. 3.

Sæculum IV.
A. C. 361.
Amm. Marc.
L. XXII.

Hist. Eccles. Tom. IV.

Sæculum IV. ratore Constantio maxima fuerat poten-
 A. C. 361. tia, Calcedone discuti iussit, idque tanto
 rigore, ut nec Juliani adulatoribus pro-
 bari potuerit. Duo Consules Taurus,
 & Florentius inter accusatos numeraban-

Sup. l. XIV. tur; Taurus, quod in Concilio Arimi-
 S. II. nensi Episcopos violenter oppressisset, fa-
 cti præmium, Consularem Dignitatem
 reportaverat; is Vercellas in exilium
 missus, eo majori opprobrio, quod exilii
 mandatum ipsius Tauri Consulatu nota-
 retur, atque acta in ipsius causa omnia
 inciperent his verbis: Tauro, & Floren-
 tio Consulibus, quoties Taurus a Præco-
 nibus ad Iudices fuisset adductus. Mors
 illata Ursulo, Largitionum Comiti, id est,
 Ærarii Præfecto, maximam omnium Ju-
 liano creavit invidiam; potissimum Ur-
 suli beneficio ad id potentia fastigium
 in Galliis ascenderat Julianus, nam Ur-
 sulus, quantascunque petiisset pecunias,
 a civitatum Quæstoribus ei numerari jus-
 serat, prohibente nequicquam Constans
 Imperatore, qui tantas Juliano nole-
 bat esse opes, ut sibi militem devincire
 posset; hinc Julianus, quod populi per-
 fidiam sibi exprobrantis maledicta non
 ferret, negare coactus est, se volente Ur-
 sulum occisum. Alios meritissimas sce-
 lerum pœnas dedisse omnes fatebantur,
 præsertim Spadonem Eusebium, cubicu-
 larium apud Constantium Præfectum,
 Ariano-

VI milia

.182.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

116.0.

Arianorum pertinacissimum, qui iudicio damnatus, necari iussus est.

Sæculum IV.
A. C. 361.

Multi Christiani his inquisitionibus impliciti, & illi, qui in Palatio Cæsareo aliquo Ministerio fungebantur, expulsi, quod diceret Julianus, rescissis omnibus, quæ ad luxum essent, velle se, ut Philosophum decet, vivere. Quadam die tonsorem accersiri iussit, qui sibi crines præsecaret, nam barbam, ut eam haberet egregiam, radi non patiebatur; tunc, qui id servitii Constantio exhibere adfueverat, accessit, ut erat, pretiosis vestibus indutus; Julianus, miratus vestitus splendorem, ait: *Tonsorem vocavi, non Senatorem.* Cum deinde perquisivisset, quos reditus ei hoc Ministerium pareret, comperit, quod in dies singulos viginti portiones panis, totidemque pabuli pro equis suis, & pingue stipendium annuum acciperet, quibus gratuita accederent donationes. His auditis, Imperator omnes tonsores, coquos, aliosque similis ministerii homines eiecit, dicens, non esse sibi necessarios, præsertim Evnuchos, cum jam non haberet uxorem. Negari omnino non potest, in aula Constantii factum regnasse intolerabilem, sive vestium aurearum, & holosericarum luxum, sive conviviorum lautitiam spectaveris; tonsores, & suffitores mille numerabantur, totidem coqui, nec tamen eorum,

Greg. Naz.
or. 3. p. 75.
Ann. XXII
c. 4.
Socr. III. 1.
Liban. ora.
10. p. 292.

Jul. ad Ath.
p. 504.

Sæculum IV. qui bibituris pocula propinarent, & mensis infervirent, numerum æquabant. A. C. 362. Multos ex Cæsaris Ministerio ridens fortuna excœcaverat, atque præterea ex spoliis, Deorum templis direptis, domos suas locupletasse accusabantur.

§. II.

Philosophi acciti.

*Eunap. in
Max. p. 90.*

Itaque Palatium Juliani Imperatoris in solitudinem migrasse videbatur, quod deinde Philosophis, Magis, Divinatoribus, & omnis generis Histrionibus implevit; primum omnium Philosophum Maximum, qui in Asia cum Chrysantho versabatur, ad se vocavit; accepta Epistola, quam ad utrumque dederat, omni, quam poterant, adhibita arte, & diligentia Deos consulere, sed pessimi ominis erant omnia. Chrysanthus, his portentis perterritus, ad Maximum ait: *Amice charissime! ego quidem in hac orbis parte mori statuo, & si possum, me etiam in subterraneis occultare.* Respondit Maximus: *Videris mihi, Chrysanthe! ea, quæ docti sumus, oblitus esse; veri Deorum amatores non statim iis, quæ sibi occurrunt, cedunt, sed naturam divinam, ut sibi propitia sit, cogunt.* Retulit Chrysanthus: *Forte tibi ad hoc tentandum satis artis, & audaciæ supererit,*
ego

ego in hæc, quæ vidi, signa pugnare non possum. Hæc locutus, discessit. Maximus artis suæ arcanissima scrutari non destitit, donec, quod optabat, invenisset; ergo ubi itineri se dedit, in tota Asia summi honoris signis excipiebatur; populi, præeunte Magistratu, qua ipsi transeundum erat, occurrebant, mulieres quoque ejus uxori omnem reverentiam exhibebant. Cum urbem Constantinopolim intraret, Imperator coram Senatu loquebatur, at ubi per nuntium, Maximum advenisse, comperit, omissa Majestate, nec, quid deceret, cogitans, in venientis occursum, multum ultra vestibulum omni virium contentione properat, amplectitur, more privatorum osculatur, &, quamvis Senator non esset, in Senatum inducit. Ambo consultando Deos diem nocti jungebant, adeoque Philosophus iste Juliani animum sibi habebat obnoxium, ut & Imperatorem, & Imperium regere videretur. Ipse prospera mutatus fortuna, mollius vestiri, quam oporteret Philosophum, cœpit, jamque adeuntibus se difficilior erat, & durior alloquentibus; omnibus, si Imperatorem exceperis, novos mores advertentibus.

Priscus, quem etiam Julianus ex Græcia advocaverat, moderatius fortunæ utebatur. Chrysanthus iterum instan-

Sæculum IV.
A. C. 362.

Amm. XXII.
c. 7. Liban.
orat. 10.
p. 299.

Eunap. p. 93.

Sæculum IV.
A. C. 362.

Eunap. ibid.
& Chryf.
p. 182.

Julianus.

tissime vocatus, cum Deorum voluntatem investigasset, atque signa constanter redderentur terroris plena, a proposito dimoveri non potuit, & Sardis remansit. Eum Imperator supremum in Lydia Pontificem, & uxorem ejus summam Sacerdotem esse jussit. Ipse, quamvis munus acceptaret, maximam, & propinquam in Republica mutationem, sive arte magica, sive prudentia naturali prævidens, in Sacerdotii fastigio modestiæ legibus non excessit; non Deorum templa præcipiti consilio, quod alii faciebant, reparavit, non inutili iracundia Christianos persecutus est; sed ita leniter rem egit, ut in Lydia vix essent, qui Sacrificia Deorum restitui, iterumque, quod paulo post factum, supprimi, animum adverterent. Julianus multos alios, ex studiorum consortio in Asia sibi notos, arctissimæ amicitiae specie advocavit, quibus multis magnifice promissis animum inflabat, postquam autem advenissent, liberalitas ejus intra verba consistebat, Condiscipulos appellabat, aliquoties mensæ adhibebat, ad eorum salutem bibebat, & tandem dimittebat vacuos. Fuere tamen non nulli Rhetores, & Sophistæ, quos ad officia, & Præfecturas admovit; horum quotidie auctoritas, & maxime spes crescebat.

Inter

Inter has Philosophorum catervas Sæculum IV.
 ipse novus Imperator Philosophice vive- A. C. 362.
 bat, habitumque exteriorem, præsertim
 barbam gerebat. Quando eum Constan-
 tius in Cæsarem creavit, auferri ei bar-
 bam jusserat, quia tunc Romanis mos
 erat barbam radere; ipse deinde Domi-
 nus factus, promissa rursus barba gaude-
 bat. Hoc in ejus nummis cernitur; in
 omnibus, in quibus Cæsar nominatur,
 imberbis est, in plerisque, ubi titulo Au-
 gusti insignitur, longa barba prominet,
 qualis viri, annum ætatis trigesimum a- Sup. l. XII.
 gentis, esse poterat, nam annos plures §. 1.
 non numerabat, quando ad Imperium
 pervenit. Græcum se dicebat, & ambi-
 tiose Græcos imitabatur, quod essent Misopog. 60.
 Romanis doctiores; quidquid librorum
 ab ipso habemus, græce scriptum est.
 Tandem ex integro Hellenismum, id est,
 antiquorum Græcorum mores, & præci-
 pue Religionem reduxisse se jactabat; Sup. l. IV.
 nam tunc tam apud ipsos Gentiles, quam §. 7.
 Christianos sub nomine Hellenistarum
 pagani veniebant.

§. III.

Idololatria reducitur.

Quamprimum igitur Julianus rerum Amm. XXII
 potitus est, nihil antiquius habuit, c. 5. Liban.
 quam Idololatriam reducere. Deorum or. 10. p. 289.
 A 4 290. &c. templa Soz. V. c. 3.

Sæculum IV. A. C. 362. templa aperiri, diruta aut reparari, aut ex integro excitari iussit. Iisdem magnos census restituit; erigebantur altaria, Sacrificia, & antiquæ ceremoniæ in qualibet urbe restaurabantur. Ipse Imperator victimas, & libationes offerre conspiciebatur; omnibus profanæ Religionis Ministris, Sacrificulis, Hierophantibus, Mysteriorum Doctoribus, Idolorum, templorumque Custodibus omnem honorem habebat; redditus assignavit, honores, privilegia, exemptiones ab antiquis Regibus concessas restituit. Jubebat vero, ut supersticiosam a quibusdam cibus abstinentiam, atque externas ablutiones a Religione sibi præscriptas, exactissime observarent.

*Greg. Naz.
or. 3. p. 70.*

Qui in Juliana arcana penetrare credi volebant, dicebant, ipsum Baptismum suum victimarum sanguine delere voluisse, atque Sacris nostris Cæremoniis tales opposuisse, quas prioribus expiandis Pagani efficacissimas credebant, utque manus suas, quibus (*) Evcharistiam tetigisset, ab ejus contactu mundaret, ani-

(*) Interpres Protestans, qui in Paragrapho I. verba Fleurii ineptissime reddidit, hic pag. sua 151. parte III. totum textum, in quo de Evcharistia mentio fit, omisit. Fidelem Interpretem!

animalium immolatorum exta contrectasse. In secandis animalibus erat curiosissimus scrutator extorum; quadam die vidisse dicitur crucem coronatam, id est, circulo circumdatam, omnibus, qui aderant, hoc portento perterritis, Aruspex Sacrorum Præses, ait, circulum, quo crux cingebatur, portendere, Christianos ubique terrarum captos esse, & inclusos. Aliâ die, Imperatore multas vaccas Deæ Proserpinæ sacrificante, exclamavit Sa-

Sæculum IV.
A. C. 362.

*Prud. Apo-
theos. V. 405.*

cerdos; rite litari non posse, Christianorum præsentiam impedimento esse, petere se, ut loti, & uncti, nempe baptizati, abscedere juberentur; Imperator timore concussus, circumspiciens, juvenem Christianum, e corporis sui custodibus unum, adesse cognovit; is Christianum se nullatenus negavit, & projecto militari spiculo, gemmis ornato, recessit, Imperatore, & Deorum Pontifice stupentibus.

*Socr. II. c. 11.
Sup. L. XI.
§. 45. Soz.
V. c. 4. ibid.
c. 3.*

Julianus Constantinopoli Fortunæ effigiem in Basilica maxima erigi jussit, eique, tanquam illius Civitatis Protætrici sacrificavit, unde Constantinus Idololatriam expulerat; sacrificantem Maris, Episcopus Calcedonensis, objurgans, publice impietatis, & apostasiæ arguebat; huic Imperator nihil gravius respondit, quam quod cæcus esset (quippe Episcopi oculi præ senectute caligabant,

A 5

&

Sæculum IV. & alterius manu ducebatur) & adjecit:
A. C. 362. *Deus tuus Galilæus non sanabit te!* re-
 spondit Maris: *Gratias Deo meo ago,*
quod cæcus sim, & te, apostata impie!
oculis meis usurpare non cogar! Præter-
 ibat Julianus, nihil reponens, & mode-
 rationis laudem ambiens. Illud cubitum,
 quo Nili exundantis, & Ægyptum fœ-
 cundantis altitudo mensurabatur, in tem-
 plum Serapis reportari jussit, unde abla-
 tum Constantinus in Ecclesiam reponi
 mandaverat. Julianus Serapim, Isidem,
 & Anubim singulari honore, & affectu
 prosequabatur, id enim ex nummis ejus
 noscitur, quibus sæpe sub Serapis specie,
 calathum capite gestantis, & ad latus ejus
 uxor Helena conspicitur, Isis habitu.
 Sæpius ad civitates scribens, ad cultum
 Deorum excitabat, illisque, quæ ad Ido-
 la redibant, suam tutelam, &, quidquid
 peterent, concessurum se promittebat. E-
 contra urbium Christianarum cives aver-
 sabatur, iter faciens, ad eos non intra-
 bat, nec legatos, nec querelas eorum au-
 diebat.

§. IV.

Exules revocantur.

Greg. Naz. Julianus duas maximæ molis res perfi-
or. 3. p. 79. cere cogitabat, invisos sibi intra Im-
Id. p. 80. & 4. perium Christianos opprimere, & Persas,
p. 133. externos hostes, debellare. Majori odio
 in

in Christianos flagrabat, sed cum sciret
 immensam eorum multitudinem, aperte
 aggredi non audebat. Eo Christianorum
 numerus excreverat, ut eos nec occulte,
 & per insidias infestare tuto, aut sine to-
 tius Reipublicæ evertendæ periculo li-
 cuisset. Ita hac de re loquitur S. Gre-
 gorius Nazianzenus. Cœterum Julia-
 nus populi invidiam, & Tyranni notam
 a se amoliri satagebat, sed mansuetus, &
 humanus videri cupiebat, qualem oportet
 esse Philosophum, qui solam ratio-
 nem sequeretur. Ergo amorem popu-
 lorum sibi conciliare studebat, ea emen-
 dando, quæ Constantius injuste, & dure
 fecerat, revocando exules, bona, fisco
 adscripta, reddendo, omnibus, quam vel-
 lent, Religionem profitendi libertatem
 relinquendo. Tandem optime noverat,
 Christianos nec morte, nec tormentis
 terreri posse, atque Martyrii honorem eis
 invidebat; experientia doctus sciebat,
 persecutiones priorum temporum, quo
 fuissent atrociores, eo magis Rem Chri-
 stianam promovisse. Non solum Scri-
 ptores Christiani, sed Libanius, Ethnicus,
 & Juliani laudator immodicus, hoc modo
 ejus consilia explicat.

Sæculum IV.
 A. C. 362.

Socr. III. c. 1

Greg. Naz.
 p. 72.

Liban. or. 10
 p. 290.

Igitur callidius Christianos persequi
 statuit. Omnes Episcopos, & alios
 quoscunque, sub Constantio Religionis
 causa relegatos, nullo hæreticorum, &
 Catho-

Sæculum IV. Catholicorum discriminere vocat. Quosdam etiam, ad Regiam invitatos, ut

A. C. 362.

Juliani
Astutia.

1311. 302.

quisque suam Religionem plena libertate sequeretur, hortatus est. Optima erat externa hæc species, & clementissimum Principis animum indicare videbatur; at, si Ammiano Marcellino credimus, ea mente id faciebat Julianus, ut plena diversa sentiendi licentia eo magis Christianorum animos divideret, & ipse timore liberaretur, ne innumerable populis vi unita in se insurgeret.

Chr. Pas.

Theod. III.
c. 4.

Facta Episcopis redeundi libertate, S. Meletius Antiochiam rediit. Lucifer, & Eusebius Vercellensis ex Thebaide itinere se dedere, ut ad suas Ecclesias reverterentur; at S. Athanasius e suis latebris egredi non est ausus, eo quod hucusque Georgius Alexandriae dominaretur.

Soz. III. c. 3. Eadem redeundi Arianis licentia
Sup. l. XIII. fuit. Aetius, majori quam ceteri honore,
S. 15. Philost. re, revocatus, nam propter amicitiam,
IX. c. 4. Jul. quæ ei cum Gallo Cæsare, Juliani fratre,
ep. 31. Facun. intercesserat, Constantii odium incurerat;
l. 4. p. 163. ad hunc Julianus Epistolam dedit
164. humanissimam, rogans, ut ad se veniret, eique prædium prope Mitylenem in Lesbos Insula donavit. Ad Hæresiarcham quoque Photinum litteras dedit, quibus eum laudabat, quod Jesu Christi Divinitatem negaret, & in Diodorum Presbyterum

Soz. III. c. 6.

terum

terum Antiochenum, & deinde Episcopum Tarsensem, furiose invehebatur. Sæculum IV.
A. C. 362.
 Eleusio Cyziceno gravissimæ pœnæ comminatione imperavit, ut intra duos menses Ecclesiam Novatianorum, sub Constantii Regno dirutam, excitaret. Donatistis in Africa favebat, omniumque hæreticorum non solum contra Catholicos, sed etiam contra alios hæreticos Inf. §. 31. causam suscepit.

§. V.

Persecutio occulta.

Nihilominus nulli alii majorem, quam Catholici ex hac Imperatoris conniventia utilitatem traxere, atque Arianorum res, prius dominantium, deprimi cœperunt. Julianus, comperto, Valentinianos Edessæ ab Arianis injuriam passos, rescripsit in hunc modum: *Apud me Epist. 43.*
constitui, talem humanitatem omnibus Ecebol.
Galileis exhibere, ut nullatenus paterer, cuiquam eorum, aut in quocunque loco vim inferri, ad templa ad sacrificandum trahi, vel aliquo modo ob suam Religionem premi; attamen Valentiniani Edessæ, opibus suis confisi, Arianos invaserunt, quod in civitate legibus Romanis vivente tolerari non potest. Itaque ut imposterum præclaram suæ Religionis Disciplinam facilius observare queant,

Sæculum IV.
A. C. 362.

*queant, & expeditius ad Regnum Cælorum perveniant, jussimus, ut bona omnia Ecclesiæ Edessæ auferantur, pecunia inter milites distribuatur; fundi possessionibus nostris addicantur; sic dum erunt pauperes, eo sapientiores erunt, aberitque periculum, ne Regno Cælorum, quod sperant, minime priventur. Hic erat sub Juliano persecutionis modus, qui simulata lenitate Evangelium deridebat. In aliis litteris dicit: *Per Deos! nolo, ut Galilæi occidantur, aut innocentes vapulent, aut quomodocunque vexentur, puto tamen, eos Deorum cultoribus postponendos; Galilæorum stultitia factum, ut pene omnes perierimus, at Deorum misericordia servati sumus.**

Epist. 7. Artab.

Epist. 52. Bostr. Soz. V. c. 5.

Et in alia Epistola: Eos ad aras Deorum vi pertrahi non permittimus, imo absolute declaramus, si quis Christianorum motu spontaneo nostrarum libationum particeps esse cupiat, ei ante omnia sacrificia expiantia esse offerenda, & Deos propitiandos; absit enim, ut nobis in mentem veniat, hominem impium in sanctis nostris Sacrificiis partem habere posse, antequam fufis ad Deos precibus animam suam purgaverit, & corpus legitimis ablutioibus præparaverit. Has Juliani voces perpendenti, non ita mirum videri possit, quod media omnia ad delendum, si possibile esset, baptismi, quem

quem acceperat, indelebile signum, studiose adhibuerit. Quamvis autem Christianorum sanguinem non funderet, aperte tamen infestabat; nam contemptim Galilæos appellabat, & lege lata ab omnibus ita appellari voluit; tum privilegia, ab Imperatoribus Christianis Religionis gratia concessa, quale erat exemptio ab oneribus publicis, quibus Clerici, etsi Decuriones essent, gaudebant, revocavit; stipendia a Constantino constituta eripuit, sicut etiam Virginibus, & Virginitatibus, quas Ecclesia sustentabat, quippe Constantinus res Ecclesiarum disponens, iis de Civitatum redditibus, subsidia sufficientia, quibus viverent, assignaverat. Has distributiones Julianus non tantum sustulit, sed etiam acceptorum restitutionem imperavit, quæ immuni rigore exigebatur; ipso autem mortuo, omnia ad pristinum statum reducta. Ecclesiis aurum, argentum, vasa pretiosa & opes plurimas eripuit, quod diceret, Christianis paupertatis evangelicæ praxin esse necessariam; & quia Evangelium præcipit, injurias pati, atque honores fugere, Christianos alium in Judicio accusare, se ipsos coram Judice defendere, aut ullo munere publico fungi vetuit.

Sæculum IV.
A. C. 362.

Greg. Naz. or. 3. p. 81.
Jul. Ep. II. Byzant. l. 50.
cod. Theod. de Decur. l. 1. ibid. de coll. lust. Soz. V. c. 5.

Greg. Naz. or. 3. p. 86.
ibid. p. 94.
Soz. V. c. 18.

Sæculum IV.
A. C. 362.

§. VI.

Prohibitio, ne Christiani doceant, aut discant.

Amm. XXV
c. 4.

Epist. 42.

Non hic stetit Juliani invidia; prohibuit, ne Christiani litteras humaniores docerent; exstat hodieque hoc Decretum, cujus sequentem rationem reddit; oportere, ut ii, qui docent, bonis sint moribus, eorum opiniones Regulis, in Republica receptis, consentaneæ sint, nec aliter doceant, quam sentiant; malæ fidei Doctores illos esse, qui antiquos Scriptores juvenibus explicarent, eosque, viros magnos, laudarent, quorum Religionem damnarent. *Homerus*, inquit: *Hesiodus*, *Demosthenes*, *Herodotus*, *Thucydides*, *Isocrates*, & *Lysias* Deos scientiæ suæ Auctores agnovere; hi *Mercurio*, alii *Musis* sacros se esse crediderunt; cum ergo *Galilæi* de *Scriptorum* istorum libris vivant, sordidam profecto avaritiam fatentur, dum pro vili lucro conscientiam suam, & Religionem produnt. Hucusque ab ingressu templorum abstinendi honestæ excusationes fuerunt, & diffusus late terror, quæ de Diis verissima sentiremus, palam confiteri prohibebat, nunc vero cum Deorum dono liberi simus, a sana ratione abhorrevit mihi videtur, ea docere, quæ non credimus. Si Doctores isti *Galilæi* Scriptores,

ptores, quos interpretantur, viros fuisse Sæculum IV.
 sapientes æstimant, ante omnia eorum in A. C. 362.

Deos pietatem imitentur, si eos in rebus
 maximi momenti errasse credunt, eant,
 & Matthæum, & Lucam in Galilæorum
 Ecclesiis interpretentur. Subdit deinde,
 hanc legem solummodo contra eos ferri,
 qui docent, & juvenibus relinqui liber-
 tatem discendi, quæ vellent; *Æquitas*
quidem posceret, inquit: *ut etiam inviti,*
& repugnantes sanarentur, sicut cum
phreneticis agere solemus, sed parco, ru-
des enim homines docendos esse, non pu-
niendos existimo. Hæc clarius nobis
 quamdam Juliani legem explicant, in
 qua dicitur, Professores præprimis mori-
 bus debere esse præstantes, & præcipi-
 tur, ut in singulis urbibus, qui docere a-
 lios cupit, prius a Senatu ad examen vo-
 cetur, tum, si dignus judicaretur, Decre-
 tum ad Imperatorem mitteretur, con-
 firmandum. Lex ista decimo quinto Ca-
 lendas Julii Mamertino, & Nevita Con-
 sulibus, id est decima septima Junii anno
 362. data est.

Qui Juliani mentem penitus intro- Theod. III.
 spiciebant, dicebant, ideo hanc legem
 tulisse, quia Christiani ex libris profanis,
 & ipsorum Ethnicorum scriptis validissi-
 ma contra Idololatriam argumenta ex-
 promebant, tum quod ipsæ fabulæ vel
 nude narratæ a sana ratione abluderent,

Hist. Eccles. Tom. IV.

B

tum

*L. 5. Cod.
 Theod. de
 Med. &
 Prof.*

Theod. III.

Sæculum IV. tum ex ratiocinationibus, quibus Plato,
A. C. 362.

Socr. V. c. 18.

*Socr. III.
c. 16.*

*Socr. V. c.
18.*

Juliani
Astutia.

aliquæ Philosophi usi fuerant, ut ostenderent, quantam perniciem eadem fabulæ hominum moribus inferrent, denique quod methodum eloquendi, & argumentandi ex Scriptoribus gentilibus Christiani discerent. Partim etiam Julianum invidia urebat, cum quosdam Christianos, quales erant S. Basilius, S. Gregorius Nazianzenus, Apollinaris junior, & multi alii tam Catholici, quam Ariani, esse doctissimos sciret. Hæc prohibitio ambos Apollinares ad scribenda varia Religioni Christianæ utilia opera excitavit. Pater, qui erat Grammaticus, carmine epico ad imitationem Homeri Historiam sacram usque ad Regem Saul viginti quatuor libris, a viginti quatuor litteris Alphabeti Græci denominatis, scripsit. Editis comædiis, Menandrum imitatus est, in tragædiis Euripidem, & in Odis Pindarum; themata e Sacra Scriptura assumpsit, uniuscujusque Poematis stilum, & naturam secutus, ut Christianis in addiscendis amœnioribus litteris Auctores profani non essent necessarii. Filius, qui erat Sophista, Dialogos, Platonem imitatus, composuit, atque Evangelia, & Apostolorum Doctrinam explicavit. Scripsit quoque contra Imperatorem, & Philosophos gentiles librum, cui titulus erat: De Veritate;

tate; ubi illorum errorem de Divinitate Sæculum IV.
 demonstrabat, nullo SS. Scripturarum te- A. C. 362.
 stimonio usus. Quippe Imperator, li-
 bros Sacros irridens ad Episcoporum ce-
 leberrimos scripserat tria hæc vocabula:
Anegno, egnon, categnon. Id est: *legi,*
intellexi, damnavi, in vocali verborum
 propinquitate ludens. Eadem allusione,
 quæ in alia lingua exprimi non potest,
 ei responsum: *legisti, sed non intellexisti,*
nam si intellexisses, non damnasses. Fue-
 re, qui hoc responsum a S. Basilio profe-
 ctum fuisse, dicerent. Cum persecutio
 Juliani brevi tempore duraverit, duorum
 Apollinarium opera fuere inutilia, sed
 Christiani ad lectionem Auctorum profa-
 norum reversi sunt, nempe quibus sem-
 per, quod multa utilia continerent, usi
 fuerant; nec etiam illa opera, excepta
 in Psalmos paraphrasi, nobis supersunt.

Ecebolius magni nominis Sophista Soc. III.
 Constantinopoli temporari cessit, & Julia- c. 13.
 ni, cujus præceptor in Rhetorica fue-
 rat, promissis; is regnante Constantio
 fervide Christianus esse videbatur, sub
 Juliano fuit Idolorum cultor addictissi-
 mus, post ejus mortem ad Ecclesiam Chri-
 stianorum redire cupiens, ante januam
 prostratus clamabat: *calcate me pedibus;*
tanquam sal infatuatum! tanta hominis
 levitas fuit. At plerique Professores Oros. VIII.
 Christiani cathedras suas, quam Religio- c. 30.
 nem

Sæculum IV. nem dimittere maluerunt; hos inter
A. C. 362. Proeresius, & Victorinus numerantur;

Eunap. in Proeresius erat celebris Sophista Athe-
Proeresio. niensis, qui docendi munere ultro se ab-
p. 153. dicavit, quamvis Julianus, qui ejus Dis-
Hier. Chr. cipulus fuerat, a lege universali exem-
An. 363. ptum, docere permetteret.

Victorinus, natione Afer, a multo
tempore Romæ Rhetoricam docebat;
Aug. VIII. inter suos Discipulos Senatorum illustris-
Conf. c. 2. simos numeraverat, eique ob præclara me-
Et c. rita in foro Trajani statua erecta est; cum-
que in infidelitate usque ad senectutem
permanisset, tamen ad ultimum ad fidem

Hier. Chr. conversus est; S. Scripturam legebat, &
355. omnes Christianorum libros studiose scruta-
batur. Secreto ad amicum suum Chri-

stianum, nomine Simplicianum dicebat:
scias, me jam esse Christianum. Simplicianus
respondebat: *nisi te in Ecclesia*

videro, non credam. Victorinus irvidebat,
Victorinus. interrogans: *an Ecclesie muri Christianum faciunt?* Sæpe idem alter ad alterum loquebantur; nam Victorinus amicos potentes, quos inter Gentiles habebat, offendere timebat. Tandem ex lectione confirmatus, & veritus, ne Jesus Christus se coram Angelis esset negaturus, si eum coram hominibus confiteri erubisset, Simplicianum, quo tempore id minime expectasset, adivit, & eamus ad Ecclesiam, inquit: volo Christianus fieri.

ri. Lætissimus id audivit Simplicianus, & ducere cœpit; Victorinus Cæremonii, quibus Catechumeni suscipiebantur, defunctus, haud multo post inter baptizandos nomen dedit, stupente Roma, ringentibus Idololatriis. Ubi hora advenit, qua Professionem fidei emitteret; hæc Romæ in edito loco, & omnium Fidelium conspectu pronuntiari solebat, Presbyteri optionem Victorino fecere, si eam secreto mallet deponere, quod quibusdam concedebatur, ne pavore turbarentur, at ipse publice pronuntiare voluit. Cum ascenderet, symbolum recitaturus, vir omnibus notissimus, omnium præsentium susurratio audita est, in aures sibi dicentium: Victorinus! Victorinus! ut quisque gaudium suo proximo communicaret; mox profitentem audiendi desiderium imperavit silentium. Ipse constanti voce Symbolum pronuntiavit, & in singulorum animos charitatem, & lætitiâ diffudit. Talis fuit Victorini conversio, nec multo post Juliani Edictum Scholæ Rhetoricæ valedicendi occasionem præbuit. Aliquos Platoniorum libros in latinum sermonem verterat, & post suam conversionem scripsit de Trinitate contra Arianos quatuor libros, quos habemus, & commentarium in S. Paulum, at parum utiles, quia sero nimis ad studium S. Scripturæ se contulerat.

Sæculum IV.
A. C. 362.

Aug. *ibid.*
c. 5. *Hier.*
de Script.
et proem. in
ep. ad Gal.

B 3 Julia-

Sæculum IV. Julianus non solum vetuit Christianos
 A. C. 362. nos litteras cultiores docere, sed etiam
Aug. XVIII *civ. c. 82.* iam discere, (*) nolens, ut eorum liberi
Socr. III. c. 12. *Theod. III. c. 8.* *Sozom. V. c. 18.* *Greg. Naz. or. 3. p. 51. p. 97. &c.* Poetis, Oratoribus, & Philosophis stude-
 derent, aut eorum scholas, qui docebant, frequentarent; dicens, nullis aliis, quam
 qui antiquorum Græcorum Religionem sequerentur, licitum esse debere, eorum
 Scientias addiscere, imo nequidem terro-
 sermone eorum linguam eloqui; Galilæos ignorantia, & Barbarie, quam eis
 Græci exprobrabant, contentos esse oportere, & absque omni rationis usu
 credere.

§. VII.

Julianus vult Christianos imitari.

Sozom. V. c. 16. Quantumvis Julianus Christianos contemneret, nihilominus, quantum morum puritate, & virtutum splendore cæteris hominibus præstarent, eum minime fugiebat; ergo imitari eos statuit, & eorum exempla Paganis proponere, ut istorum vitia corrigeret; parum enim Deorum cultum tota sua Cæsarea aucto-

(*) Ecce! Apostata iste Julianus, ceteroqui vir doctissimus, existimabat nihil magis veræ Religioni nociturum, quam ignorantiam. Et profecto, nisi Dei Providentia obstitisset, citius ipse contemnendo, quam alii Imperatores persequendo exterminasset Fidem Catholicam.

auctoritate promovebat. Hac super re, Sæculum IV. A. C. 362.
 scribens ad Arfacium Summum Galatiæ Pontificem, ita loquitur: *Hellenistarum Religio necdum, necdum, ut debet, auge-
 tur, & hoc culpa nostra; a Diis equidem maxima, & singularia in nos proficiscuntur beneficia, votis, & spe nostra majora, nam, absit dictis meis impietas! quis brevi abhinc tempore tantam sperare ausus fuisset mutationem? at neutiquam putemus, ea, quæ facta sunt, sufficere, sed ad ea omnia nobis attendendum, per quæ Galilæorum Atbeismus tantum cepit incrementum, nempe hospitalitatem, mortuorum sepeliendorum curam, & simulatam vitæ gravitatem, hæc omnia nobis vere facienda sunt. Parum est, si tu solus talis sis, omnes Galatiæ Pontifices ad has virtutes incumbant, hos tu, ut viri probi sint, aut rationibus persuadeas, aut injecto timore cogas, nisi Diis cum uxoribus, liberis, familiaribus fideliter serviant, aut si Galilæos apud se morari patiantur, tanquam indignos, Sacerdotio prives. Docceas, Deorum Sacerdotes non decere in theatris conspici, in popinis compotare, aut ex arte vili, & pudenda quæstum facere. Dicto obtemperantes honores, inobedientes expellas.*

Jul. epist.
49.

In qualibet civitate aliqua hospitia constitue, ubi omnis humanitas non solum nostris, sed omnibus peregrinis, si modo

B 4

paupe-

Sæculum IV. *pauperes sint, exhibeatur. Redditus ad
A. C. 362. hanc liberalitatem necessarios assignavi;
jussi singulis annis ex tota Galatia tricies
mille frumenti modios, & sexagies mille
vini congios pendi; volo, ut pars quinta
pauperibus, qui Sacrificatoribus serviunt,
detur, reliqua peregrinis, & mendicis di-*

Julianus *stribuantur. Probro nostro fit, quod ne-*
Apostata. *mo Judæorum mendicet, & impij Galilæi
præter pauperes suos, etiam nostros alant,
dum a nobis miseri destituuntur. Discant
a te Hellenistæ ad hæc pia opera ex suo
contribuere, & agricolæ, primitias fru-*

Odiff. XIV.
v. 56.

*Deorum cultoribus ejusmodi in pauperes
liberalitate nihil antiquius fuisse. Post
hæc versus tres ex Odisea affert, ubi
Homerus Eumeum loquentem inducens,
hominibus ante oculos ponit legem, qua
peregrinos, & pauperes, utpote a Jove
missos, fovere tenentur.*

*Julianus deinde prosequitur in hunc
modum: raro ad Præfectos in eorum do-
mos te conferas, sæpius scribe. Quando
Præfecti urbem ingrediuntur, nullus Sa-
cerdotum iis obviam procedat, nisi tunc,
quando ad templum Deorum veniunt, sed
intra vestibulum consistant; nullus militum
ante Præfectos ingrediatur, qui vero volue-
rint, sequantur. Magistratus, ut primum
limen sacrum attingit, instar privati est,
tuum est, quod non ignoras, intus impera-*

re

re secundum legem Divinam, cui resistere Sæculum IV.
 sine temeritate non potest. Paratus sum A. C. 362.
 habitatoribus civitatis Pessinontanæ sub-
 venire, si sibi Deorum Matrem propitiam
 reddiderint, si ejus cultum negligant, non
 solum fontes erunt, sed etiam, invitus di-
 co, faxo, ut me iratum sentiant.

In alia epistola, ad quemdam Pontifi- Frag. Jul.
 cem data, inquit; se ei id muneris com- P. 545.
 misisse, quod maxima ejus merita per-
 specta haberet, essetque idoneus, ut tam
 urbium incolas, quam agrestes ea, qua
 par est, auctoritate doceret; ego, in-
 quit: tecum ad eundem finem agam, qui
 Deorum gratia summi Pontificis nomen
 gero, quamvis eo dignus non sim, dignus
 tamen fieri percupio, & a Diis continuis
 precibus efflagito. Tunc ei præcepta mo-
 ralia suggerere incipit, dicitque, ita Pon-
 tificibus vivendum, ut semper cogitent,
 in Deorum præsentia se existere; corpo- P. 549.
 ris puritati studeant, non solum actus pu-
 dendos vitent, sed etiam verba turpia
 nec proferant, nec ab aliis prolata au-
 diant. Sarcasmis, scurrilibus jocis, & Juliani
 impuris colloquiis abstineant; Archilo- epistolæ.
 chum, aut Hipponacem, aut antiquæ co-
 mœdiæ auctores non legant, id est, qui
 ad imitationem Aristophanis scripserant;
 est autem hic auctor turpitudine infam-
 is. Soli Philosophiæ incumbant, quæ
 Deos auctores habet, &, ut decet, de
 Diis

Sæculum IV. Diis loquitur, qualis est Pythagoræ, Platonis, Aristotelis, & Stoicorum; at lectionem Epicureorum, & Pyrrhonistarum prohibet, dicens; singulari Deorum providentia factum, ut plerique eorum libri perierint. Suadet, ut veras historias legant, omissis fabulis ad modum historiæ adornatis, præcipue, quæ de amoribus tractarent, quales nostræ sunt, vulgo Romanæ dictæ, irritandis pravis affectibus aptæ: *non omnis, inquit: lectio vivis Deorum servitio dicatis convenit;* & jubet, ut purissimis semper occupentur cogitationibus, hymnos Deorum, præsertim, qui in templis canuntur, discant, sæpe privatim, & publice orent, ter de die, si fieri possit, aut saltem mane, & vespere. Caremonias antiquis legibus præscriptas accurate servent. Præceptas purificationes non negligant, præsertim nocte diem præcedente, qua ad officium suum ingressuri sunt; veniant deinde ad templum, atque ibi statuto a legibus tempore, quod Romæ erat triginta dierum, permaneant. Toto illo tempore Sapientiam meditentur, omnia, quæ ad Deorum Sacra pertinent, provideant, & disponant; templo non exeant, aut in domum suam, aut in forum publicum, aut ad invisendos Magistratus se collaturi. Exactis servitii sui diebus, Sacerdos locum alteri cedit, & rursus communi aliorum

P. 550.

P. 552.

P. 553.

rum hominum more vivens, amicos suos adire non prohibeatur, nec in conviviiis accumbere, si fuerit invitatus; habeat vero amicos selectos. Raro in foro compareat. Cum Præfecto pro iis tantum loquatur, quos ut adjuvet, muneris sui ratio postulat. In templo, & dum officio suo fungitur, pretiosis vestibus indutus fit; extra templum vestitu simplici, & vulgari utatur, ne, quod sibi ad Deorum honorem conceditur, ad luxum privatum convertat.

Sæculum IV.
A. C. 362.

P. 554.

Nullus Sacerdotum, inquit ulterius: propius ad lasciva spectacula accedat, aut in domum suam inducat. Quam optarem ea theatris nostris penitus eliminari, si possibile esset, atque pudica, qualia a primordio erant, Baccho restitui! cum vero hoc isto, quo vivimus, tempore, nec expedire, nec omnino fieri posse sentiam, huic pio desiderio renuntio. Hoc autem volo, jubeo, ut Sacerdotes spectaculorum spurcitiem plebi relinquunt; nullus ergo Theatrum adeat spectaturus, nemo cum actore, auriga, aut saltatore amicitiam colat. Hanc solummodo licentiam concedo, ut in certaminibus sacris, si velint, spectatores adesse possint, ubi fæminis non pugnare modo, sed nec aspicere licet. A venationibus, quibus populi in civitatum suarum circis delectari solent, tam Sacerdotes, quam liberi eorum absint. Dum videmus,

P. 555.

Julianus.

mus,

Sæculum IV. mus, quæ hic Julianus Apostata scribat,
 A. C. 362. non est obstupescendi locus, spectacula
 Christianis fuisse prohibita.

P. 557.

Julianus epistolam prosequens, de Sa-
 cerdotum electione loquitur, & vult, ut
 dum assumuntur, nulla ratio divitiarum,
 ortus, sed solius in Deum, & homines
 charitatis ratio habeatur. Ut iis libera-
 litatem persuadeat, ait: *impii Galilæi,*
cum vidissent, pauperum curam a Sacer-
dotibus nostris negligi, omne studium ad
eos juvandos impenderunt, & sicut abomi-
nabiles plagiarii infantes, quos rapturi
sunt, oblatis cupediis, ad se alliciunt, ita
Fideles ad Atheismum suum specie charita-
tis, hospitii facilitate, & mensarum ille-
cebris ad se pertraxerunt, nam plura his
officiorum generibus nomina dederunt, quæ
cunctis abundanter exhibent.

Greg. Naz.
 or. 3. p. 101.
 &c.
 Soz. V. c.
 16.

In pluribus aliis Christianorum exem-
 plum imitari statuerat; in singulis civita-
 tibus scholas publicas, Ecclesiarum apud
 Christianos simulacra, instituere cogita-
 bat, ubi Doctrina tam moralis, quam
 mystica prælegeretur, & explicaretur,
 ibique statutis diebus, & horis, alternan-
 tibus choris, psalleretur; certæ peccan-
 tibus pœnæ definirentur, & nemo, nisi
 rite præparatus, ad sacras cæremonias
 initiaretur. Præter Nosocomia etiam
 Monasteria ædificare sibi proposuerat,
 nempe domos solitudinis, ubi viri, Vir-
 gines-

ginesque sacra meditentur, & delicta Sæculum IV.
 expiant. Præcipue Christianæ Chari- A. C. 362.
 tatis ingenium mirabatur in epistolis Ec-
 clesiasticis, quas Episcopi peregrinanti-
 bus dabant, & quibus exhibitis, ab omni-
 bus, ad quos devenissent, Christianis fra-
 terne exciperentur, & omni officiorum
 genere foverentur. At Juliano ad omnia
 hæc, bellissime excogitata, perficienda
 tempus defuit.

§. VIII.

Confessio Cæsarii.

Interim Julianus omnem movebat lapi-
 dem, ut quoscunque posset Christia-
 nos ad Deorum cultum pertraheret, be-
 neficia, honores, promissa, blanditias,
 imo non nunquam assentationem, Princi-
 pe indignam, adhibebat. Inter alios Cæ-
 sarium S. Gregorii Nazianzeni fratrem
 adortus est, quem in aula Constantino-
 poli invenit, artem Medicinæ maxima
 omnium laude exercentem. Is Alexan- Greg. Naz.
 driæ Medicinæ operam dederat, atque or. 10. p.
 etiam Geometriæ, Astronomiæ, Philoso- 163. 164.
 phiæ, & Eloquentiæ; postquam Con- Ëc.
 stantinopolim advenit, viri excellentia,
 & non vulgaris species omnium oculos,
 & admirationem in eum converterunt.
 Ut apud se domicilium figere permove-
 rent, publicos honores, præclaras nuptias
 &

Sæculum IV. & Senatoriam Dignitatem promiserunt.
A. C. 362. Civitas Constantinopolitana missis ad
 Imperatorem Constantium delegatis, rogavit, ut sibi Cæsarium, Medicum, constitueret, in quod libentissime consensit. Cæsarius igitur in aula vivebat liberaliter, artem suam ægrotantibus gratis impendens, Proceribus æque, & Imperatori charus. Non ideo tamen animum honoribus mutari, aut deliciis emolliri passus est, semper memor, se esse Christianum; sæpe etiam, nata occasione, de Religione Christiana differens, subtiliter ferventer, & pie veritatem defendebat.

Postquam Julianus ad Imperium per-
Id. ep. 17. venit, Cæsarius aliquo tempore perman-
 sit in Regia, quod non levis scandali causa fuit. Hac super re S. Gregorius frater ejus scripsit ad fratrem in hunc modum: *Omnes tuos pudore, & dolore obruis! quam vellem, ut audire posses, quid propinqui, exteri, noti omnes Christiani dicant de te! videre, quod Episcopi filius aulae serviat, potentiam, & gloriam sæcularem sectetur, vincatur avaritia, & non potius gloriam suam, & divitias in eo ponat, ut fortiter occasione resistat, & abominationes promptissime fugiat! quantum scandalum! quomodo Episcopi exhortari cæteros poterunt, ne tempori cedant, ne se Idololatriæ implicari permittant? quomodo peccatores alios reprehendent,*

bendent, si proprios suos filios corripere non audent? tanta afflictione Parens non ster premitur, ut vivendi tædium subeat, nec aliud solatium suggerere potui, quam quod me vadem dederim, puram esse fidem tuam, teque nos omnes tanto mærore liberaturum. Matri vero nostræ nemo sustinet, rem, sicut est, edicere; mille modis, ubi jam sis, mulierem celamus, nam quia pietate ardentissima esse novimus, sexus imbecillitatem calamitati ferendæ imparem fore pertimescimus. Utere hac occasione, recede ab aula, nunquam profecto opportunius id feceris!

Sæculum IV.
A. C. 362.

Hæc epistola effectu non caruit, nec Cæsarius fratris sui spem fefellit. Julia^{or. 10. p.} nus, cui Cæsarii ingenium placebat, & ^{167.} eruditio, nihil prætermisit, quo eum sibi devinciret; aliquando eundem captiosis sermonibus, multis præsentibus aggressus est, at Cæsarius has argutias, ut aniles fabulas refellens, alta voce edixit, se esse Christianum, & semper futurum. Exclamavit Julianus: O felicem Patrem! o infelices Filios! sciens, Gregorium, quem Athenis habuerat Condiscipulum, non minus quam Cæsarium in fide sibi esse adversarium. Sed hujus rei vindictam fumere ob bellum Persicum distulit. Cæsarius autem relicta Regia, ad Patrem suum in Cappadociam se recepit, in exilium

Sæculum IV. lium eo laudibilis, quo magis libere es-
 A. C. 362. set electum.

§. IX.

Confessio militum Christianorum.

Greg. Naz. or. 3. p. 83. 84. Julianus plurimos de exercitu milites, Ducesque pervertit, quorum in Christum fidem, vel avaritia, vel ambitio, labefactavit, aut quibus voluntas Principis suprema lex erat. Veteri more traditum habebant Romani, ut non Imperatores modo, sed etiam eorum imagines adorarent, erat autem cultus tantum civilis, nec ad Religionem referebatur; ut plurimum penes Imperatorum imagines conspiciebatur effigies Victoriæ, & captivorum in bello subactorum, aut aliarum rerum ad Religionem non spectantium; at Julianus imaginibus suis Idola appingi iussit, ne iis solitus cultus sine Idololatria exhiberi posset, Jupiter visebatur e Cælo descendens, & Juliano purpuram, atque coronam tradens, Mars quoque, & Mercurius aderant, defixis in eum oculis, quasi Cæsareæ fortitudinis, & eloquentiæ Pracones. Plerique, parum attendentes, imaginem adoraverunt; pauci, cautius pii, & melius Christianas leges edocti, hos casses evitaverunt, & quod Cæsari debitum honorem non darent, puniti sunt. Eadem fraude multos militum decepit Julianus; mos erat, ut non nunquam,

Theod. III. c. 16.

quam casu emergente, Imperator in tri-
 bunali sedens sua manu donativa distri-
 bueret, atque nummos aureos pro cujus-
 cunque dignitate, aut merito traderet;

Sæculum IV.
 A. C. 362.

Sozom. V.
 c. 17.

huic largitioni Julianus cæremoniam no-
 vam addidit; jussit penes se aram poni
 cum carbonibus ardentibus, & in alia
 mensa incensum, & voluit, ut quisque
 incensum igni immitteret, antequam au-
 rum acciperet; non nulli, præmoniti,
 morbum fingendo insidias evaserunt, ali-
 qui cupiditate auri, vel timore pœnæ
 turbati salutem neglexerunt, plurimi ma-
 lam artem non suspicati, imperata fece-
 runt; ex his ultimis aliqui inde ad epu-
 las se contulerunt, & antequam bibe-
 rent, pro more Jesu Christi Nomen in-
 vocarunt, levatis in cælum oculis, signum
 crucis super poculum formantes; hæc
 miratus commilitonum aliquis, ait: *quid*
hoc rei? Jesum Christum invocatis, post-
quam eum negastis? quid loqueris? re-
 sponderunt illi, horrore semi-mortuis si-
 miles; hæc loquor, reposuit ille: *quia in-*
ensum igni imposuistis. Illi capillos sibi
 evellere, ejulare, de mensa surgere, & in
 forum procurrentes, zelo urgente excla-
 mare: *ex corde Christiani sumus, audiat*
hoc Deus, & totus mundus! Deo vivimus,
& pro Deo mori cupimus! absit, ut te
fallere voluerimus, Salvator Jesu! bea-
tissima Nominis tui confessioni non renun-

Hist. Eccles. Tom. IV.

C

tia

Sæculum IV. *tiavimus! si erravit manus, liberum ab*
A. C. 362. *errore cor fuit. Imperator decepit nos;*
execramur impietatem, & sanguine no-
stro expiabimus.

Usque ad Palatium pervenerunt, ubi
 projecto ad pedes Imperatoris auro, quod
 acceperant, clamantes dicebant: *non*
donum nobis præbuidisti, sed ad mortem
æternam damnasti! jam gratiam imper-
tive, & pro Jesu Christo nos immola!
jube nos in flammis projici, jube abscindi
scelestas manus! aurum tuum aliis da, avi-

Theod. III. *de accepturis.* Imperator primo motu

6. 17. ita excanduit, ut capite plecti omnes ju-
 beret, temeritatis pœnas daturus; ducun-
 tur extra civitatem, sequente populo, &
 tantam animi fortitudinem obstupescen-

Milites te. In loco supplicii qui inter ipsos erat
 Martyres. ætate maximus rogavit carnificem, ut
 primo omnium ætate minimum necaret,
 timebat enim, ne aliorum supplicio ter-
 ritus perverteretur; jamque juvenis ille,
 nomine Romanus, genua posuerat, &
 percussurus nudo ense stabat carnifex,
 cum accurrerunt ab Imperatore missi, fa-
 ctam vitæ gratiam proclamantes, juben-
 tesque, ferro parci; nam Julianus post-
 quam animum collegerat, noluit, ut Mar-
 tyrii gloriam assequerentur. Miles ju-
 venis ereptam Martyrii palmam, quam
 jam tenere sibi videbatur, summo dolore
 lugens, dicebat: *nempe Romanus Marty-*
ris

ris nomine indignus fuit! cæterum Imperator vitam quidem concessit, ad extremos tamen Imperii fines relegatos, in urbibus manere vetuit. Sæculum IV.
A. C. 362.

Inter Militum Duces, quibus potior Religio, quam fortuna fuit, numerantur Imperatores, qui Juliano proxime successerunt, nempe Jovianus, Valentinianus, & Valens. Modus, quo Valentinianus Christum confessus est, singularis fuit. Socr. III. c. 13. August. XVI. 1. Civit. c. 52. Sozom. VI. c. 6.
Cum Dux esset illius Prætorianorum cohortis, quos Jovianos dicebant, muneris sui erat Imperatorem, quocunque iret, sequi, & proximum lateri hære; quadam die Julianus templum Fortunæ intrabat, saltans, stantibus ad portam utrinque templi custodibus, & ramos, aqua lustrali madentes, manu tenentibus, quibus intraturos aspergebant; illius aquæ gutta in Valentiniani pallium incidit, quod ipse indigne ferens, impacto pugno custodem repulit, dicens, quod se aqua impura inquinasset, & pallii partem conspersam laceravit. Theod. III. c. 16. Imperator iram non tenuit, sed causam dissimulavit, & Valentinianum prætexens, quod cohortis suæ curam, quam par esset, non haberet, ad Præsidarios Regionis desertæ ablegavit, ut Confessoris Jesu Christi honore privaret; Sozom. VI. c. 6. Philost. VII. c. 7. Sozomenus dicit Melitinam in Armeniam, Philostorgius Thebas in superiorem Ægyptum fuisse deportatum; forte ex

Sæculum IV. uno loco ad aliam migrare jussus fuerit;
 A. C. 362. at nec Militiæ sacramento absolutus est,
 Socr. IV. nec gradu, sicut quoque frater ejus Va-
 c. I. lens, & Jovianus dejecti, quod Julianus
 eorum operam Reipublicæ esse utilissi-
 mam cognosceret.

§. X.

Martyres sub Juliano.

Theod. III. Non obstante ficta Juliani lenitate, &
 c. 6. industria, qua cavebat, ne Christianis
 Martyrii honor obveniret, aperte ta-
 men diversis in locis persecutionem passi
 sunt, & multi Martyres effecti. Juliani
 mandata, quibus Idololatria reduci jube-
 batur, urbes seditionibus implevere. Pa-
 gani Deorum suorum templa reserarunt,
 ignem in aris suis excitabant, victima-
 rum sanguine terra tepebat, aer adipis
 odore inficiebatur. Per plateas discur-
 rentes, quasi a Dæmonibus, quos adora-
 bant, acti, irridebant Christianos, & pe-
 tulanter insultabant; quidam ex Chri-
 stianis, quorum virtus patientiæ erat im-
 perfecta, blasphemias non ferentes, in-
 juriis reddebant injurias, & Idololatriæ
 turpitudinem exprobrabant; Pagani, Im-
 peratoris Præsidio feroces, post verba ad-
 jiciebant verbera, & quidem impune,
 nam ista Julianus dissimulabat, atque of-
 ficia tam civilia, quam militaria illis, quos
 Christianis sciebat infensissimos comit-
 tebat,

tebat, qui eis, quæcunque possent, mala Sæculum IV. A. C. 362.
 inferebant, nisi quod aperte ad sacrifi-
 candum Diis non cogerent. Ita Julianus
 concessæ in rebus, Religionem tangenti-
 bus, libertatis nomine dissensionibus, &
 rixis totum Imperium turbabat.

Historiam eorum, qui Martyrio coro- Theod. III. c. 7. Chron. Pasch. ann. 363. p. 297. Hier. Chron. ann. 363. Socr. III c. 15. Acta sin- cera. p. 649. Sozom. V. c. 2.
 nari meruerunt, in vicinia urbis Constan-
 tinopolitanæ incipiamus. Dorosthori in
 Thracia, id est, in Mœsia, quæ in gene-
 rali Præfectura Thraciæ continetur, Æmi-
 lianus a militibus in ignem coniectus est
 sub Vicario Capitolino, quod Deorum al-
 taria evertisset. Meræ, seu Myræ, Epis-
 copali urbe Phrygiæ, Præses Provinciæ
 Amachus Idolorum templa aperiri iussit,
 spurcitas auferri, & lavari Idola; Chri-
 stiani, id factum, vehementer doluere;
 ex eis tres Macedonius, Theodulus, &
 Tatianus, quos ferventior zelus agebat, Martyres sub Juliano.
 noctu in templum irruentes, Idola con-
 fregerunt; jamque Præses, iracundia ar-
 dens, quosdam civitatis incolas, in quos
 cadebat suspicio, ferro perempturus erat,
 cum facti auctores ultro se prodiderunt,
 non passuri, ut facinoris, a se patrati,
 pœnas alii subirent. His Præses vitæ
 gratiam offert, si sacrificare vellent, ipsis
 autem detestabilem conditionem respu-
 entibus, varii generis tormentis fortissi-
 mos viros affici iussit. Tandem, tolera-
 tis aliis cruciatibus, craticulis impositi,

Sæculum IV. & corporis partem unam bene tosti, ad
 A. C. 362. Amachium dicebant: *si de carne nostri
 corporis tosta manducare cupis, jube in
 alteram partem versari, ne semi-coctos nos
 habeas.* In his tormentis Spiritum Deo
 reddiderunt.

Greg. Naz. Pessinunte in Galatia in Phrygiæ con-
or. 4. p. 133. finio juvenes duo Martyrium tulerunt,
Gothofr. Juliano præsentem; qui consumptis Con-
Chron. stantinopoli octo mensibus, ineunte æsta-
 te, iter ingressus est Antiochiam, ut

Theod. Am. omnia ad expeditionem in Persas necessa-
XXII. c. 9. ria pararet. Primo Calcedonem venit, &
 inde Nicomediam, ubi adhucdam damna

Liban. pa- ingentia, quæ sibi ob terræ modum emer-
neg. p. 247. ferant, necdum resarcita, deslebant, ibi-
 que indigentibus Regia liberalitate oppi-
 tulatus est. Tunc per Niceam transiens,
 ad fines Galatiæ pervenit, & declinans
 ad dexteram, secessit a via proposita, ut
 Pessinuntem iret, & vetus Matris Deo-
 rum templum videret, unde Idolum a
 Scipione Nasica Romam translatum fue-
 rat; Julianus Sacrificiis, votisque Deam
 veneratus, illius templi sacerdotium mu-
 lieri contulit, nomine Callixeni, quæ jam
 antea Cereris Sacerdos erat, & ut Julia-
 nus ajebat, diuturna in Deos fidelitate
 probata. In hac igitur civitate dictos
 duos juvenes Christianos necari jussit;
 unus eorum aram Deæ prostraverat, &
 in conspectum Imperatoris adductus, ejus
 purpu-

Greg. Naz. probata. In hac igitur civitate dictos
ibid. duos juvenes Christianos necari jussit;
 unus eorum aram Deæ prostraverat, &
 in conspectum Imperatoris adductus, ejus
 purpu-

purpuram, & vanos sermones risit; alter toto corpore dilaceratus, cum jam jam ultimum vitæ halitum traheret, crus unum illæsum tortori ostendit, increpans, quod huic corporis sui parti pepercisset. Tandem ambo flammis, & bestiis expositi unacum Matre sua, & urbis Episcopo Martyrium consummarunt.

Sæculum IV.
A. C. 362.

§. XI.

S. Basilius Presbyter Ancyranus. &c.

Julianus Pessinunte regressus est Ancyram, Galatiæ Metropolim, ubi Presbyter erat, eodem quo Episcopus nomine Basilius, at fidei sinceritate longe diversus, nam, regnante Constantio, semper, & viriliter Arianis restitit, hinc Eudoxius, & alii ejusdem factionis in Concilio Constantinopolitano prohibuerunt, ne Congregationibus Ecclesiasticis præesset. Ubi Julianus Imperium obtinuit, Basilius Presbyter per totam urbem pergebat, Christianos exhortans; constantes essent, nec se sacrificiis, & libationibus infidelium macularent. Tantus Religionis fervor invisum Paganis reddidit; cumque una die Ancyranos publice Idolis sacrificare videret, substitit, & ducto ingenti suspirio, Deum rogabat, ne quis Christianorum tam immane piaculum admitteret. Tunc vero comprehenditur, ad Præsidem, nomine Saturninum, ducitur, seditionis

Amm. ibid.
Sozom. V.
c. 2. Act.
Sinc. pag.
650.

Sæculum IV. accusatur, quod etiam altaria everterit,
A. C. 362. & convicia in Imperatorem dixerit. Præ-
 fes interrogatum, cum firmus in fide per-
 sisteret, equuleo suspendi, atque ita tor-
 queri imperat, ut lictores fatigarentur;
 quo facto, eum misit in carcerem.

Theod. III. Saturninus hac de re scripsit ad Impe-
c. 12. ratorem, qui necdum Ancyram pervene-
 rat, is Comitem Elpidium præmisit, qui
 ut placeret Cæsari, Christum negaverat,
 & Pegasus pariter apostatam; hi quo-
 que, quia Basilii constantiam labefactare
 non potuerunt, rursus ut Præses quæstio-
 nem, & tormenta renovaret, jusserunt.
 Haud multo post Juliano Ancyram adve-
 nienti, Sacrificuli obviam processere, He-
 cates Idolum portantes; ubi Palatium in-
 gressus est Julianus, iisdem convocatis
 pecunias distribuit. Posteriori die Elpi-
 dius Imperatori, ad spectacula affidenti,
 de Basilio retulit, qui finitis spectaculis
 Theatro exiens mandavit eum in Pala-
 tium adduci; is ubi in conspectu fuit, Ju-
 liano apostasiæ perfidiam exprobravit,
 prædixitque, JESUM Christum eum brevi
 tempore Imperio privaturum. Cui Ju-
 lianus: *vocari te jusseram animo tibi par-*
cendi, & fecissem, nisi intolerabilis impu-
dentia, qua spernis mea consilia, & con-
vicia in faciem ingeris, cogerent, ut pa-
nas exposcam. Tum Comiti, cui nomen
 Frumentinus, relicta cura eum pro lu-
 bitu

bitu torquendi, ipse Antiochiam iter pro-
secutus est. Comes frustra rursus ten-
tata Basili constantia, tamdiu torqueri
iussit, donec in tormentis exspiraret 28
Junii, anno 362. Alii quoque tres Mar-
tyres Ancyrae sub Juliano Melasippus, An-
tonius, & Carina, passi fuisse leguntur.

Saeculum IV.
A. C. 362.

Martyr.
7. Nov.

Pall. Laus.
113.

Soz. V. 11.

Philoromus etiam patria Galata in
conspectu Juliani Jesum Christum con-
fessus est, quem, quod intrepide loque-
retur, Tyrannus, abrasa prius barba, pue-
ris tradidit, colaphis caedendum; Philo-
romus gratias Juliano egit, & ex tunc
mundo valedicens, vitamque asceticam
amplexus, adeo virtutis fama inclaruit,
ut viris etiam nobilissimis in honore es-
set, quamvis conditionis servilis, & ma-
tre serva natus. In Presbyterum crea-
tus, ultra annum aetatis suae octogesimum
vixit. Praeter hos Busiris haereticus ex
Encratistarum secta, seu abstinentium,
comprehensus est, quod verosimiliter
post Juliani abitum factum; accusabatur,
quod conviciatus esset Gentiles, eumque
Praetor in publicum produci, & equuleo
suspendi iussit; Busiris, levatis supra ca-
put manibus, ut latera paterent ad Prae-
torem ait: *Quid necesse fuit, ut mini-
stris tuis molestiam faceres, jubesque me
suspendi, atque iterum solvi, in hoc situ
corporis elevatis brachiis, quamdiu tibi
placuerit, persistam;* miratus est Praetor

C 5 hoc

Sæculum IV.
A. C. 362.

hoc promittentem, & multo magis promissum servantem, quippe Busiris, elevatis brachiis, immotus stetit, dum ferreis uncis discerperetur, tamdiu, quamdiu Prætor voluit. In carcerem deinde missus, ut de Juliani morte nuntiatum est, liberatur; abjurata hæresi ad Ecclesiæ Catholicæ sinum rediit, & usque ad Theodosii tempora vixit.

§. XII.

Martyres in Cappadocia.

Soz. V. c. 4.
Greg. Naz. or. 3. p. 91.
or. 19. p. 303.
Soz. 16.

Ex Galatia Julianus perrexit in Cappadociam, ubi etiam quosdam Martyrium passos, præsertim Cæsareæ, illius Provinciæ Metropoli, legimus. Oderat hanc urbem Julianus, quod ferme tota Christianam fidem suscepisset. A multo jam tempore templa Jovis, & Apollinis, quos veteres incolæ civitatis tutelares Deos habuerant; solo fuerant æquata; unum Fortunæ sacrum supererat, quod Christiani novissime, regnante jam Juliano, prostraverant; hujus facti poenas a tota civitate expoposcit; eam ex civitatum ordine delevit, quamvis Provinciæ caput fuisset, voluitque, ut antiquissimo nomine Mazaca diceretur, illo Cæsareæ, quod ei Imperator Tiberius imposuerat, abolito. Paganorum ignaviam vituperabat, quod, quamvis modico essent numero, non vitæ potius periculum subire voluis-

Euf. Chron. lat. an. 7.
Tiber.

voluissent, quam patienter ferre, ut For-
 tunæ suæ templum destrueretur. Urbis, & Territorii ejus Ecclesiis bona omnia
 tam immobilia, quam mobilia ademit,
 & tanta sævitia de bonis Ecclesiarum qua-
 stio habita est, ut ex conscis verum tor-
 mentis expresserit; rursus ab iisdem Ec-
 clesiis trecentas auri libras multæ no-
 mine exegit, quæ pecuniæ in ejus æra-
 rium paratæ fuerunt inferendæ. Cleri-
 cos omnes infimis ministris justitiæ, sub
 Prætoze servientibus, adscripsit, quæ e-
 rat vilissima, & onerosissima militia. Lai-
 cos cum uxoribus, & liberis censi jus-
 sit, & tributa, in pagis exigi solita, pen-
 dere. Juramento affirmabat, nisi prom-
 pte Deorum templa restituerentur, ipsos
 pessima esse passuros; obedirent Galilæi,
 si vitam amarent. Omnes, qui demoli-
 tioni templi Deæ Fortunæ manus admo-
 verant, pœnam subiere; alii morte, alii
 exilio facinus expiare coacti. Inter il-
 los, qui propter hanc causam sanguinem
 dederunt, Eupsichius nobili genere or-
 tus, & paucorum dierum maritus, quem
 inter Martyres Ecclesia nona Aprilis colit,
 numeratur.

§. XIII.

*Eusebius Episcopus Cæsariensis in
 Cappadocia.*

Dianeus, Episcopus ejusdem urbis Cæ-
 sareæ

Sæculum IV.
 A. C. 362.

*v. Vales. hic
 in Soz. V.
 c. 4.*

Soz. V. c. II.

*Mart. Rom.
 Et ibi Baron.*

*Bas. Ep. 86.
 p. 919. Sup.
 sareæ XIV. §. 24.*

Sæculum IV.
A. C. 362.

sareæ in Cappadocia, illo ferme tempore rebus humanis ereptus est. Gravi morbo pressus, Clericos suos, quos inter S. Basilius erat, convocavit, & coram edixit: *Testis est mihi Deus! quod, cum in formulam fidei, Constantinopoli compositam, consensi, in cordis simplicitate fecerim, & fidei Nicænæ ullatenus nocere noluerim. Nihil aliud credo, quam quod eodem Sacro Concilio tradente accepi, & precor, ne a Societate beatorum trecentorum decem, & octo Episcoporum, qui hanc sanctam fidei professionem publicam fecerunt, unquam avellar!* His verbis, omnibus, quotquot præsentibus aderant, satisfecit, qui præteriti immemores, communionem ejus amplexi sunt.

Greg. Naz.
or. 19. p. 308.

Post ejus obitum Civitas super novi Episcopi electione in partes scindebatur; Sedis Metropolitanæ Dignitas, & Religionis zelus animos accendebant, non nulli privatæ amicitiaæ motu impellebantur; tandem totius populi vota in quemdam civitatis Primatem, nomine Eusebium, conspirarunt, insigni pietate virum, fed necdum baptizatum; ergo reluctantem opera militum, forte præsentium, corripunt, in Sanctuarium ducunt, Episcopis, ad electionem congregatis, sistunt, rogantque, ut eum baptizarent, & in Episcopum ordinarent, nunc supplicantibus, nunc minantibus similes. Episcopi, multitudi-

titudini cedendum, rati, Eusebium bapti- Sæculum IV.
A. C. 362.
zarunt, Episcopum ordinarunt, & in Ca-
thedræ possessionem miserunt; quam-
primum vero inde fuere regressi, & suæ
libertati restituti, omnia, quæ fecerant,
nullius esse valoris, declarare statuerunt,
atque ordinationem esse illegitimam, ut-
pote caremoniam externam, contra
suam voluntatem extortam; imo ipsi
Eusebio irascebantur, tanquam hujus vio-
lentix auctori.

S. Senex Gregorius, Episcopus Na-
zianzenus, inter Episcopos præsens, aliud
sentiebat; nam dicebat: *Cum Eusebius,
æque ac vos, vim passus sit, jure merito
vos accusare potest, nec minus, quam ipse,
fontes estis. Tunc vobis usque ad sangui-
nem resistendum fuisset, modo autem culpa
in Eusebium non est rejicienda, tali præ-
sertim tempore, quo magis veteres inimi-
citas componere, quam nova jurgia exci-
tare convenit.* Hæc electio Imperato-
rem ad iracundiam concitavit; seditio-
sam dicebat, & malum Eusebio minaba-
tur; illo autem hæc tempore fiebant,
quo Julianus ob dirutum Deæ Fortunæ
templum civitati indignabatur. Præses,
occasionem favere, ratus, qua opprimen-
do Eusebium, tunc forte aliis ex causis
sibi invisum, gratiam apud Imperatorem
iniret, ad Episcopos, qui eum ordinave-
rant, scripsit, jubenti proximus, ut eum
datis

datis

Sæculum IV. A. C. 362. datis libellis accusarent, minas quoque adjecerat, & mentionem, ita Imperatorem velle. Gregorius Senior, accepta Epistola, quæ ad se directa erat, nihil cunctatus respondit: *Potentissime Prætor! neminem factorum nostrorum judicem, & Dominum agnoscimus, nisi illum ipsum, cui hodie bellum infertis, nempe Jesum Christum! ipse solus hanc ordinationem a nobis legitime factam, & sibi gratissimam, judicabit. Vos quidem in quocumque alio vim nobis inferre valetis, at nemo efficiet, ut quæ bene fecimus, ipsi damnemus; aut forte bis in rebus judices esse vultis, & leges ferre, cum vobis de spiritualibus ne quidem cognoscere liceat.* Quamvis hæc Epistola statim Prætori bilem moverit, tamen deinde viri constantiam admirari coactus est, imo & Imperator acquievit. Ex iis, quæ secuta sunt, eluxit, Divina Providentia factum, ut Eusebius ita eligeretur.

Greg. Naz. Gregorius senior non verbis modo, *or. 19. p. 307.* sed & factis Ecclesiam suam Nazianzenam, egregio vigoris Sacerdotalis specimine edito, defendit. Cum Nazianzum, sicut & in alias urbes militum cohors, arcu, & sagittis armatorum, fuisset immissa, ut Ecclesiam occuparet, vel destrueret, Gregorius tanta fortitudine resistit, ut Centurio a cœpto desistere, & fuga salutis suæ prospicere cogereetur. S. Senex publi-

publicas preces ad obtinendam Ecclesia
libertatem, & persecutionis finem jube-
bat, ipse vero inter domesticos parietes
tota nocte orabat, humi cubans senili æ-
tate, & terram lacrymis suis irrigans,
quem rigorem ferme integrum annum
servavit tam secreto, ut eum ne quidem
familia scivisset, nisi filius ejus Gregorius
rem vulgasset.

Seculum IV.
A. C. 362.

§. XIV.

*SS. Gregorius Nazianzenus, &
Basilus Presbyteri.*

Gregorius filius ad initium hujus anni
Presbyter ordinatus fuerat, sed in-
vitus, nam præter causas communes, quæ
a Sacerdotii Dignitate, Sanctitate, & Vir-
tute, in Sacerdote requisita, desumuntur,
terrebat, quod specialia prævideret pe-
ricula, tali tempore, quo Ecclesia intus
ab hæreticis crudeliter discindebatur, &
foris a Gentilibus infestabatur. Non i-
gnorabat Parens, quantum filius repu-
gnaret, at nihilominus, cum idem secum
populus optaret, eum ad secundum Sa-
cerdotii gradum evexit, eique instruendi
Catechumenos, & Verbum Dei prædi-
candi munus imposuit, quod ipsemet, se-
nectute gravis, officio suo rite præesse
ulterius non posset. Filius ordinationem
inexpectatam vehementius dolens, post
paucos dies in solitudinem Ponti ad S. Ba-
filium

Carm. I. p. 6.

filium

Sæculum IV. filium secessit; at paulatim diggesta animi
A. C. 362. ægritudine, vicit amor, quo in Patrem,

& fidelem populum ferebatur, cogitabat quoque exemplum Jonæ, Dei præcepto resistentis, timuitque ne similis culpæ se reum faceret; ergo ad festa Paschalia rediit, quæ hoc anno 362. in 31. Martii incidebant. Ipso festo in Ecclesia ad populum dixit, & captata occasione vim sibi in ordinatione a populo factam ex corde remittens, petebat, ut sibi vicissim, si quemquam suo discessu offendisset, ignosceretur. Aliqui eorum, qui vehementius cæteris Gregorii desiderium ostenderant, in prima hac oratione non adfuerunt; ideo, Gregorius commotus, in secundo sermone de eorum absentia sincera charitate conquestus est. Sciens etiam, quod non nulli discessum suum reprehendissent, atque incusarent, quod vel Ordines sperneret, vel ad altiorem, quam Presbyteratus, gradum aspiraret, non diu

Or. 2. p. 46.

Orat. 1.

posthac longiori Tractatu Apologiam composuit, in qua solide de Dignitate, officii, & periculis Sacerdotii differit, & tam de suo timore, & fuga, quam deinde subjectione, & reditu irrefragabiliter rationem reddit.

Circa idem tempus S. Basilius Presbyter ordinatus est. Cæsaream redierat, & morienti Episcopo Dianeio adfuerat. Eusebio, cum esset Neo-phytus, visum sibi

fibi opus esse auxilio tanti viri, qualis e-
rat Basilius, virtute insignis, facundi, do-
cti, & in Ministerio Ecclesiastico proba-
tissimi, nam ordinem Lectoris habebat.

S. Basilius amico suo S. Gregorio hanc
suam ordinationem notam fecit, qui ei per
Epistolam respondit: *Etiam tu captus es.*

*Vi Presbyteri esse cogimur, quod noleba-
mus. Nam testis alter alteri sumus, quan-
tum Philosophiam humilem, & abscondi-
tam amaverimus! forte melius id non con-
tigisset, sed nescio, quid dicam, aut sen-
tiam, donec Spiritum Domini agnoverim.
Cum factum infectum fieri nequeat, sub-
jiciamus nos, tali praesertim tempore, ne
haereticorum maledicentiae occasionem de-
mus, & ne illis, qui nobis tantum Mini-
sterium contulerunt, aut vitae generi, quod
professi sumus, probrum inferamus.* Pri-
mus S. Basilii sermo explicatio in Prover-
biorum initium fuisse creditur.

Eusebius Basilii Episcopus, exinde, ut
infirmi mortales sumus, mente ab eo a-
versus est; causa latet, nisi quod suspica-
ri pronum sit, eum propter auctoritatem,
quam Basilio virtus, & eloquentia parie-
bant, invidia pulsatum; Monachi, quo-
rum S. Basilius quasi caput erat, in ejus
partes transierunt, atque magnam populi
multitudinem, & viros spectatissimos ad
se traxerunt. Ipse Eusebius multis pa-
rum gratus erat, quod ejus ordinatio tu-

Hist. Eccles. Tom. IV.

D mul-

Sæculum IV.
A. C. 362.

Greg. Naz.
or. 20. p. 336.
Greg. Naz.
ep. 11.

Greg. Naz.
or. 20. p. 336.
p. 337.

Sæculum IV.
A. C. 362.

Elias Cret.
n. 53. inf.
n. 28.

multuofe magis, quam canonicè facta haberetur; demum Cæsareæ tunc agebant quidam ex Occidente Episcopi, qui S. Basilio favebant, iisque omnes Catholici adhærebant. Hos Occidentis Episcopos S. Eusebium Vercellensem, & Luciferum Callaritanum fuisse conjectura est. Itaque nihil propius erat, quam ut Ecclesia Cæsariensis schismate turbaretur, nisi id S. Basilii sapiens moderatio prævertisset. In Pontum cum S. Gregorio Nazianzeno se recepit, atque nata ibi Monasteria gubernavit.

§. XV.

Julianus Antiochiæ.

Amm. XXII Imperator iter suum persequens ex Capadocia venit in Ciliciam, inde Tarsum, & tandem Antiochiam, quam urbem attigit illo anni tempore, quo festum Adonidis celebrabatur, nempe ad finem mensis Julii. Hoc festum agebatur lugubri cantu, quo mors Adonidis plangebatur, quem aper occiderat, & interemptum Venus immodice doluerat; quod hac luctus die Imperator Antiochiam, Orientis Caput, intrasset, in triste omen traxerunt Gentiles. Ipse nullum Numen, etsi templum in sublimi colle, aut asperimis montibus positum esset, insalutum præteribat; nam paucis interpositis diebus, quam Antiochiam advenisset,

mona

montem Cassianum ascendit, ut celeberrimum Jovis Templum videret, viamque celeriter relegit, ut in festo Apollinis praesens esset, quod singulis annis in oppido Daphnes prope Antiochiam, duabus leucis ultra fluvium Orontem distante celebrari solebat, decima mensis, Macedonibus Lous dicti, qui cum nostro mense Augusto idem est. Julianus, appropinquante hac festivitate, animo praecipiebat, se tantae civitatis divitias, & Magnificentiam visurum, nempe longissimam pompam, victimas, libationes, incensa, saltationes, juvenes albis vestibus superbe ornatos; ubi templum ingressus est, satis mirari non poterat, quod nec victima, nec thus, nequidem placenta appareret; credidit, omnem turbam foris exspectare, donec ipse, utpote Summus Pontifex, intrandi signum daret; tandem, cum nihil se moveret, ex sacrificulo quaesit, quid civitas hoc festo sacrificatura esset? Sacrificulo respondente: *Ego ex domo mea anserem ad Sacrificium affero, civitas vero paravit nihil*, Julianus ad Senatores conversus in hunc modum locutus est: *Rem profecto portento similem! quod amplissimae Civitati minus curae sit Deorum honor, quam tenuissimo in Ponti finibus oppido! cum fundos immensos possideatis, tamen hodie, primum recurrente Dei vestri festo, postquam Deorum ope impietas*

Saeculum IV.
A. C. 362.

Misopog.
p. 96. 97. &c.

III. boett
- 42. 3

Sæculum IV. *Galilæorum profligata est, ne quidem unam
A. C. 362. volucrem offertis; bovem, me hercle! a
qualibet tribu, aut certe taurum totius ci-
vitatatis nomine immolari oportuisset; so-
lus Sacerdos de suo aliquid attulit, quem
vestris onustum Sacrificiis domum suam
redire æquum fuisset. Unusquisque ve-
strum patitur, si uxores vestræ optima
quæque ex domibus vestris auferat, & in
Galilæos profundat, quæ dum vestris bonis
pauperes alunt, sacrilegam impietatem fo-
vent. Ut diem suum natalem celebret,
quisque ex vobis bis una die lautissimum a-
micis suis convivium parat, hac solempni
festivitate nemo oleum igni alendo, liba-
tionem, thus, aut victimam attulit. Nul-
lus homo prudens tantum contemptum fer-
ret, nihil ergo mirum, si Deos iratos ha-
bituri estis.* Ita Julianus ad aram ante
pedes Idoli concionabatur; at nec Sena-
tum, nec populum Antiochenum movit
oratio.

§. XVI.

Sacrificuli filius convertitur.

Theod. III. **F**estum Daphnes septem diebus ageba-
c. 24. tur, quibus Julianus de more publi-
cum adornavit convivium. Sacrificulo
duo erant filii, Templi Ministri; hi aqua
lustrali epulas, mensæ Imperatoris infe-
rendas, irrigabant; horum alter, prima
die hoc munere functus, deinde auffu-
giens,

giens, citato cursu Antiochiam venit, a Sæculum IV.
 diitque piam Diaconissam, Matris suæ a. C. 362.
 micam, quæ eum sæpe, ut Christianus
 fieret, exhortata fuerat. Post Matris suæ
 obitum nihilominus frequenter mulieri
 collocutus, Christianæ Religionis amore
 accendebatur; tandem interrogavit, quid
 sibi faciendum, ut ad Religionem, quam
 suadebat, transire posset? *Si Christianus
 esse vis, inquit: fugiendus tibi pater tuus,
 & præferendus est ille, qui te, & Patrem
 tuum creavit; tunc in aliquam urbem i-
 bis, ubi Imperatoris potentiam devites;
 fidem tibi do meam, quod hoc curatura sim;*
 Respondit puer: *Veniam, & animam
 meam manibus tuis committam.* Hujus
 ergo promissi memor ex oppido Daphne
 se proripiens, ad Diaconissam propera-
 vit, rogavitque, ut jam verbo staret. Ipsa,
 nihil cunctata, eum ad S. Meletium du-
 xit; is licentia exulibus, ut redirent, ab
 Imperatore facta, tunc Antiochiæ erat.
 Adductum ad se juvenem diebus aliquot
 in quadam superiore domus cella reti-
 nuit; interim Pater ubique filium inve-
 stigabat, postquam Daphnem circuisset,
 venit Antiochiam, percurrit omnes pla-
 teas, & tandem, stans ante domum S. Me-
 letii, videt filium suum per transennam
 fenestræ prospicientem. Accurrit, inje-
 cta vi extrahit, & domum reducit; ibi
 primum fugitivum multis flagris cæcidit,

Sæculum IV. tum acus majusculas super ignem tenens, donec canderent, iis filii manus, pedes, dorsumque fodicat, tandem suo cubiculo includit, atque janua exterius repagulis munita, Daphnem revertitur. Juvenis, insolito ardore stimulatus, omnia Patris Idola comminuit, mox ejus furorem reformidans, Jesum Christum orare cœpit, ut se liberaret, *pro te enim*, aiebat: *passus sum, & hæc omnia molior!* ipso sic orante, rumpuntur vectes, fores aperiuntur, & ipse secundo ad Diaconissam, Magistram suam, properat; illa adolescentem, vestibus fœmineis indutum, lecticæ suæ imponens, ad S. Meletium reduxit, qui eum in manus S. Cyrilli Jerosolymitani tradidit, quocum noctu iter ingressus, in Palæstinam delatus est. Theodoretus, qui hanc narrat Historiam, eam ex ore illius, cui hæc acciderant, audiverat, qui ætate senili sibi casus suæ juventutis referebat, addens, quod, sublato Juliano, etiam Patrem suum, illum Sacrificulum, ad fidem Christianam convertisset.

v. *Vales. hic.*

§. XVII.

Martyres in Syria.

Misopog. p. 95. Julianum Imperatorem, urbem Antiochenam, quod tota esset Christo dedicata, averfantem, aliæ civitates vicinæ solatæ sunt, nam, acceptis de restituendo

Deorum

Deorum cultu mandatis, Tempa restau-
rarunt, everterunt sepulchra Martyrum,
& vi aperta Christianos persecuti sunt.

Marcus Episcopus Arethuse in Syria, re-
gnante Constantio, Templum, artis in-
paucis rare, quod Pagani præcipuum ha-
bebant, prostraverat, Ecclesiam extru-
xerat, & magnum Infidelium numerum

Christo pepererat. Imperante Juliano,
cum Infideles iram in se, a multo tem-
pore collectam, effusuros prævideret, pri-
mo quidem juxta Evangelicum præce-

ptum fugam arripere statuerat, sed com-
perto, quod loco sui quidam de grege suo,
sibi commisso, fuissent comprehensi, ul-
tro rediit, & seipsum persecutoribus tra-
didit. Tum manus in eum injiciunt, to-
tus populus circumfunditur, per urbis
regiones raptant, capillis, aut quacunque
possunt corporis parteprehendunt, nulla
tantæ pietatis, virtutis, & Doctrinæ re-
verentia; nulla senectutis misericordia;
vestibus spoliatum toto corpore flagel-
lant, tum in foetidissimas cloacas projici-
unt; inde extractum, puerorum mul-
titudini tradunt, sua sponte petulantes
excitant, ut virum suis, quibus ad exa-
randas litteras utebantur, stilis acriter
pungerent; crura ejus ita arcte constrin-
xerunt, ut funiculi, dissecta carne, usque
ad ossa penetrarent; aures viro subtili
filo, forti tamen absciderunt. Post hæc

D 4

omnia

Sæculum IV. omnia melle illinitum, & canistro in aere
A. C. 362. suspenso impositum, summa æstate circa
 meridiem, cum ardentissimi essent solis
 radii, apibus, & vespis in prædam expo-
 nunt; dum autem eum ita cruciabant,
 cogere volebant, ut Templum a se destru-
 ctum restituere promitteret, aut saltem
 sumptus necessarios præberet, sed ipse ul-
 tima potius pati, quam aliquid tale pol-
 liceri statuerat. Tum quia credebant,
 quod paupertate prohiberetur tantam pe-
 cuniæ vim promittere, mediam partem
 remiserunt, si alteram vellet solvere, ipse
 non modo nihil promittebat, sed etiam,
 ut erat suspensus, & vulneribus plenus
 persecutores suos irridebat, dicens, se esse
 elevatum, & Cœlestem, dum ipsi abjecti
 in terra reperent. Tandem eo se con-
 tentos fore dixerunt, si modicam pecu-
 niæ partem ad reparandum Idolorum
 Templum conferret; ipse respondit, non
 minus impietatis se reum fore, si obolum
 unum, quam si totum daret. Igitur pa-
 tientia ejus devicti Episcopum dimise-
 runt, factumque, ut sequenti tempore ex
 ejusdem ore veritatem Christianæ Reli-
 gionis edocerentur. Viri constantia cap-
 tus Præfectus Prætorii, qui erat Genti-
 lis, ad Julianum dixit: *Vab dedecus! nos
 ita Christianis esse inferiores! & a Senè
 vinci, quem vel a quoquam nostrum victum
 fuisse nemo gloriæ duceret.*

Tem-

Templa Idolorum solo æquata ubique
 ansam dabant persequendi Christianos,
 nam Julianus jufferat, ut ubique eorum
 pecunia repararentur; at Marcum Are-
 thufanum inter omnes alios a tali vexatio-
 ne liberum præstari oportuisset, quod u-
 nus ex illis Episcopis esset, qui Juliano
 sub initia Regni Constantii salutem fuerant,
 dum eum, tota ipsius familia vita peri-
 clitante, occultatum servarunt. Coete-
 rum Marcus Arethufanus semper inter A-
 rianos, aut saltem Semi-Arianos insigne
 Nomen fuerat, at ex laudibus, quibus
 eum S. Gregorius Nazianzenus ornat, cui
 vita ejus haud dubie fuit perspectissima,
 credibile fit, eum tunc temporis in Ec-
 clesiæ Communionem vixisse.

Heliopoli in Phœnicia prope montem
 Libanum Diaconus degebat, nomine Cy-
 rillus, qui tempore Constantini aliqua
 Idola comminuerat; ob id factum Gen-
 tiles plusquam caninam rabiem animo
 condiderant usque ad Juliani Imperium,
 quam ut satiarent, Diaconi interempti
 ventrem aperuerunt, & inde extractum
 jecur devorarunt. Omnes sævitiae bar-
 baræ complices Divina ultio corripuit;
 subito ex ore dentes exciderunt, compu-
 truit lingua, & oculorum lumen adem-
 ptum est. In eadem urbe Heliopoli quæ-
 dam Virgines Deo dicatæ, quæ ab homi-
 num oculis absconditæ vivebant, in fo-

Sæculum IV.
 A. C. 362.

Greg. Naz.
 or. 3. p. 90.
 Sup. l. XII.
 §. 1.

Theod. III.
 c. 7.

Sozom. V.
 c. 10.

D 5 rum

Sæculum IV. rum productæ, vestibus direptis, nudæ
 A. C. 362. insolentis plebeculæ oculis expositæ;
 deinde earum caput radunt, uterum per-
 fodiant, & injecto hordeo implent, ita
 Virginum corpora in porcorum pabulum
 posita, ut unacum hordeaceis granis ea-
 rum viscera devorarent; quod vero tan-
 tum in Virgines Gentilium furorem ac-
 cenderit, illud fuisse creditur, quod Con-
 L. XI. §. 33. stantinus illius urbis incolis filias suas,
 sicut antea consueverant, prostituere pro-
 hibuisset, cum, Veneris Templo dejecto,
 primam Ecclesiam ædificari iussit.

§. XVIII.

Martyres Gazenses.

Theod. III.
 c. 7. Soz.
 V. c. 9.

Gazæ, & Ascalone in Palæstina simili sæ-
 vitia quorundam Presbyterorum,
 & Virginum corpora dissecta, & immixtis
 hordei granis porcis devoranda projece-
 runt. Gazæ tres fratres Eusebius, Ne-
 stabius, & Zeno insolitæ crudelitatis ex-
 emplo Martyrii coronam assecuti sunt.
 In sua domo, ubi se occuluerant, compre-
 hensi, in carcerem mittuntur, & cædun-
 tur. Populus deinde in Circo congrega-
 tus clamare, homines esse sacrilegos, qui
 ultimorum temporum licentia abusi, san-
 ctæ Religionis ruinam essent moliti! his
 clamoribus accensi animi, conventus in
 seditionem vertitur, ad carcerem decur-
 runt furentes, extrahuntur fratres, & per
 civita-

civitatem jam proni, jam supini raptantur, pavimenti asperitate corpora lacerantur, lapidibus, fustibus, instrumentis omnibus, quæcunque casus, & ira subministrabat, percutiuntur. Matresfamilias, relicto muliebri opere, exilientes, Martyres saltem fuis pungebant. Lixæ forenses, sublatis a foco caldariis ferventem aquam in eos effundebant, aut veribus fodiebant. Tandem in frustra discerptos, elisis capitibus, & cerebro in terram sparsos, extra civitatem in locum, quo carnes morticinæ conferebantur, distrahunt, comburunt, atque ossa eorum cum ossibus camelorum, & asinorum ita commiscent, ut non nisi difficillime internosci potuerint.

Cum tribus fratribus captus est juvenis, Nomine Nestor, cum iis etiam carcerem, & verbera perpeffus, is cum per urbem raperetur, insigni vultus specie populum ad commiserationem movit, & extra portas projicitur, adhuc vivus quidem, sed brevi expiraturus similis. A quibusdam sublatus, in domum Zenonis, Martyrum agnati, defertur, ubi inter manus vulnera sua curantium extinguitur. Zeno quoque in proximo periculo fuerat, ut cum suis consanguineis caperetur, & occideretur, sed occasionem nactus, Anthedonem, urbem Episcopalem, inter Gazam, & Ascalonem in ora maritima, viginti

Sæculum IV.
A. C. 362.

Sæculum IV. ginti stadiis ab urbe Gaza, id est, leuca
 A. C. 362. una distantem. Hæc civitas non minus
 duabus aliis Idolorum cultui erat addi-
 cta, cumque agnovissent, eum esse Chri-
 stianum, virgis crudeliter cæsum, ejece-
 runt. Ergo Majumam se recepit, ibique

Sozom. V. c. 3. Sup. XI. §. 37. occultus permanfit. Erat Majuma urbis
 Gazensis armamentarium, quem locum
 Constantinus a jurisdictione urbis Gazen-
 sis liberaverat, quod esset Christianis Sacris
 deditissima, Gazæ autem Idololatria reg-
 naret, jus etiam civitatis dedit, & novo
 Nomine Constantiam appellavit, nolens,
 ut Gazæ esset subjecta. Econtra Julianus,
 qui erat Apostata, omnibus suis privile-
 giis Majumam privavit, nomine antiquo
 vocari voluit, & sub jugum urbis Gazæ
 redire jussit; quæ subjectio in temporali-
 bus locum habuit, in Spiritualibus vero
 urbi Majumensi proprius Episcopus, Cle-
 rus, martyrum festa, Episcoporum suorum
 commemoratio, & distinctæ Diœcesis li-
 mites semper fuere.

Cuidam fæminæ Christianæ, Gazæ in-
 colæ, Cœlitus revelatum est, a se reli-
 quias trium fratrum Eusebii, Nestabii, &
 Zenonis colligendas esse, & tradendas
 alteri Zenoni, cujus vultum, & habita-
 tionem etiam modo prodigioso cognov-
 it. (*) Ea igitur, non multis post Mar-
 tyrium

(*) Interpres Protestans, qui Parte III. p. 163. pro

tyrium ipsorum diebus, noctu Sanctorum Sæculum IV.
A. C. 362.
ossa tulit, & in vase collecta, Zenoni tra-
didit, qui tunc quidem in domo sua ser-
vavit, postquam deinde Imperante Theo-
dosio Episcopus Majumensis electus est,
cum Ossibus Nestoris Confessoris sub Al-
tari Ecclesiæ, quam ipse ædificavit, sepe-
livit. (*) Multi alii Christiani, ut hanc Sozom. V.
c. 9. Soz.
V. c. 15.
persecutionem effugerent, per urbes, &
oppida dispersi sunt, inter quos Sozome-
ni Historici Majores ejusdem Regionis
Gazen-

pro Verbis: *Capite truncari.* Posuit: *Thnen
die Hände abhauen zu lassen.* Et pag. 163. *Ba-
silius Presbyter ordinatus est.* *Basilius wurde
zum Lehramt ordiniret.* Hic pag. 175. a ver-
bis: *Cuidam Fæminæ Christianæ &c.* decem Li-
neas omisit. Nempe Materia de Prodigis, &
Cultu Reliquiarum Interpreti Protestanti fastidium
peperit. Diligentissimum interpretem!

(*) Fleurius, ubicunque invenit facta, ex qui-
bus cultus antiquissimus SS. Reliquiarum contra
Protestantes probatur, fideliter refert. Mirum!
quod Anonymus II. in sua Animadversione IX. di-
cat; Dominum Abbatem Fleurium eodem furo-
re, quo Indulgentias, etiam SS. Reliquias con-
temnere. Quæ ex ipso Fleurio tanquam propo-
sitiones damnatas affert, hæc sunt, latine reddi-
ta: *Quisquis judicio pollet, Et vere amans est
Religionis, non nisi cautissime Miraculis (nem-
pe ob cultum Reliquiarum patratis) fidem adhi-
bet. Nollem Vadem me præbere, Miraculorum
fingen-*

Sæculum IV. Gazensis fuere. Gazenses, ne hujus Se-
 A. C. 362. ditionis pœnæ ab ipsis expeterentur, me-
 Græg. Naz. tuebant, atque ferebat rumor, Imperato-
 or. 3. p. 91. rem iratum, eos decimari jussurum, sed
 inanis rumor fuit; nam Julianus ne qui-
 dem per epistolam eos, quod simili occa-
 sione facere solebat, objurgatus est; imo,
 Prætozem munere suo exutum, in exi-
 lium misit, satis gratiæ ei fieri existimans,
 quod capitis non damnaret; causa autem
 erat, quia cædis auctores in carcerem mi-
 sisset, ut jus postulabat, puniendos, quam-
 vis etiam magnum Christianorum nume-
 rum in vincula dedisset; quippe dicitur
 auditus est Julianus: *num ideo cælum ruet,
 si Græcorum cohors decem forte Galilæi
 mundum liberaverint?*

§. XIX.

*fingendorum causam in quibusdam casibus non
 esse quæstum &c. Et inferius: Ad effectus igno-
 rantia, & inordinatæ credulitatis pertinebat fa-
 cilitas nimia quascunque Reliquias recipiendi. Ne-
 cesse fuisset, in originem, & per quorum omnium
 manus transissent, inquirere accurate. Ego non
 puto cum Anonymo II. Fleurium hic furere, sed
 vera scribere. Ob has, & similes Reflexiones
 Scriptorum prudentissimorum, quibus Fleurium
 accensendus est, haud dubie factum, ut hodie
 nullas Reliquias nisi Episcopi Testimonio munitas
 venerari liceat.*

§. XIX.

Sæculum IV.
A. C. 362.*S. Hilarion persecutionem patitur.*

Gentiles Gazenses alta mente reposuerant injuriam, Deo suo Marnæ a S. Hilarione factam; illud quoque hos Dei sui cultores offenderat, quod suis miraculis multos ab Idololatria avertisset; hinc libellum Juliano Imperatori tradiderunt, & obtinuerunt, ut S. Hilarion unacum dilectissimo suo Discipulo Hesichio ad mortem damnaretur, haud dubie, quod præstigiatores esse crederentur; undique mandata ad eos perquirendos dimissa. S. Hilarion in Ægypto remanserat, nam postquam S. Antonii Monasterium, ubi ad extremum fuerat, invisisset, Aphroditen rediit, & cum duobus tantum fratribus in vicino deserto moratus, abstinentiæ, & silentio studebat tanto Spiritus fervore, ut diceret, nunc se primum incipere Jesu Christo servire. A tribus jam annis, nempe ab obitu S. Antonii, nullæ de Cælo pluvix ceciderant, hinc dicebat populus, elementa etiam viri Sancti mortem lugere; S. Hilarionis famam secuti, turmatim ad eum confluxere viri, fæminæque, quorum facies attenuatæ famem triennem testabantur, rogantes, ut ipse, tanquam S. Antonii Successor, pluvias a Deo impetraret. Tot hominum miseria viri Sancti viscera concussit, atque oculis, manibus-

Sup. l. XII.
§. 17. Hier.
vita Hilar.
c. 28. Soz.
V. c. 10.

Sup. l. XIII.
c. 37.

vita c. 27.

Sæculum IV. nibusque in Coelum levatis, statim, quod
A. C. 362. petebat, obtinuit. At ecce terra tamdiu
 arida, ubi deciduis aquis irrigata est, tanta
 serpentum, & venenatorum animalium
 multitudo subito suscitatur, ut hominum
 plurimi eorum aculeis vulnerati, interis-
 sent, nisi opem a S. Hilarione expetiissent;
 is oleum benedicebat, quo, cum se un-
 gerent, certissime sanabantur.

6. 28.

Non tulit vir sanctus honores, quos sibi
 in illa Regione populus exhibebat; igitur
 viam, Alexandriam ducentem, ingressus
 est, ut in Desertum, quod Oasis diceba-
 tur, transiret, & quia ab eo tempore, ex
 quo vitam Monasticam profitebatur, nun-
 quam in urbibus habitaverat, ad Mona-
 chos sibi notos, in loco, quem Bruchion
 appellabant, divertit. Sicut vero fratres
 viri Dei adventus maximo gaudio affecit,
 ita eodem vespere omnes vehementer
 mirabantur, quod Discipuli alinum ejus
 sternerent, & ipse itineri se accingeret;
 ergo ad ejus pedes accidentes, & jacen-
 tes ante januam, protestabantur, mori
 sibi minus acerbum fore, quam tanti viri
 hospitio privari. Tunc ait: *propere hinc
 abire, ne quidquam mali mei causa patia-
 mini; eventus docebit, necessarium fuisse,
 ut discederem.* Et ecce! sequenti die Ga-
 zæ urbis cives, cum Præfetti lictoribus
 ante Monasterii fores adsunt, quo, sicut
 pridie audiverant, S. Hilarion advenisset,
 &

& postquam eum invenire non possent, Sæculum IV. A. C. 362.
dicebant alter ad alterum: *verum est, quod de hoc viro audivimus, præstigiato-*
rem esse, & futura cognoscere. S. Hila-
rion relicto Monasterio Bruchion per de-
sertum inaccessibile penetravit Oasin, ibi-
que ferme per annum mansit; videns de-
inde, quod nominis sui fama illuc quoque
hominum frequentiam adduceret, in in-
sulas desertas ire statuit, cum in Oriente
latere non posset.

§. XX.

Persecutio universalis.

Sebaste in Palæstina Pagani aperto S. Jo- Theod. II. c. 7. Ruf. II. hist. 6. 28.
annis Baptistæ sepulchro, ossa ejus
combusserunt, cineresque in ventos pro-
jecerunt. Quædam tamen harum Reli-
quiarum pars servata est; quidam Mona-
chi Jerosolymitani cum Sebastem venis-
sent, ut ibi orarent, impiis illis permix-
ti, qui hæc ossa ad comburendum colli-
gebant, furtim aliqua retenta, ad Abba-
tem suum, nomine Philippum detule-
runt; is indignum se ratus, qui tantum
thesaurum possideret, eum per manus
Juliani sui Diaconi, post hæc in Palæstina
Episcopi, ad S. Athanasium transmisit.
S. Athanasius has Reliquias, paucis testi-
bus præsentibus, in muri concavitate in
Sanctuario cujusdam Ecclesiæ abscondit,
dicens Spiritu Prophetico, se eas Poste-
Hist. Eccles. Tom. IV. E ro-

Sæculum IV.
A. C. 362. rorum utilitati consecrare, quod postea
 sub Episcopo Theophilo, & Imperatore
 Theodosio adimpletum est. Nihilominus
 S. Joannis sepulchrum Sebaste, tanquam
 illius cineres continens, semper in hono-
 re fuit.

Hier. ep. 17.
c. 8. ep. 27.
c. 6.

Peneade, alias Cæsareæ Philippi, sta-
 tua Jesu Christi visebatur, quam ei mu-
 lier, a fluxu sanguinis sanata, posuerat;
 ex una parte figura mulieris, genua fle-
 tentis, & supplicum more manus pro-
 tendentis conspiciebatur, ex adverso vir
 stabat, longo pallio modeste involutus,
 manum versus mulierem extendens.

Euf. VII. c.
18. Philost.
VII. c. 3.
Soz. V. 21.

Utraque statua ex ære erat in urbe ante
 fores domus illius mulieris erectæ, pro-
 xime fons irriguus, aliæque effigies scul-
 ptiles amœnum oculis objiciebant specta-
 culum. Ex basi, cui Jesu Christi statua
 insistebat, herba, Medicis incognita, pul-
 lulabat, quæ si usque ad fimbriam pallii
 ejus excrevisset, omnis generis languores
 sanabat; hujus prodigii causa nescieba-
 tur, nec cujus esset, aut cui erecta sta-
 tua, quia ob injectam tanto tempore ter-
 ram inscriptio legi non poterat, tandem
 iterum, detecto fundamento, epigraphæ
 apparuit, quæ legentes totam historiam
 docebat. Julianus hanc statuam tolli, at-
 que illius loco suam poni jussit; sed ec-
 ce! ruit fulmen, medium corpus dissilit,
 avellitur caput, & pronum terræ immer-
 gitur.

Jesu Christi
 statua.

gitur. Ita reliquum corpus fulmineo sulphure denigratum, tempore Sozomeni, nempe sexaginta post annis ostendebatur. Statuam Jesu Christi, pedibus ligatam, per urbem raptarunt, quæ in frustra diffiluit; ea autem Christiani, sollicitè collecta, in Ecclesia deposuerunt, ubi tempore ejusdem viri Sozomeni servabantur; id autem verum est, quod non in ipsa Ecclesia, sed in Diaconia, seu Sacristia fuerint deposita, & non fuerint adorata, (*) quia, ut inquit Philostorgius,

E 2

auri-

Sæculum IV.
A. C. 362.

(*) Hic Anonymus I. adjungit Notam, dicitque; etiamsi illa frustra non fuerint adorata, tamen ex Devotione ad locum cujusdam imaginis, aut Reliquiarum peregrinari esse Cultum Religiosum. Bene! at enormis certe est quorundam Heterodoxorum perversitas, plusquam ænea fronte Catholicos Idololatriæ incusantium. His proximus est Nicolaus LLOYDIUS Anglus, qui in suo Dictionario Historico, a Carolo Stephano inchoato, ad Nomen: Maria, inter alia hæc habet: *Plurimus est in Laudibus Btæ Virg. D. Bernardus, ne dicam nimius; monet siquidem nos in angoribus nostris ad auxilium ejus tanquam ad Asylum confugere: Respice stellam, Mariam cogita, Mariam invoca. Non ferendus autem Bonaventura, dum in Psalterio suo, quæcunque de Deo dicuntur B. Virgini tribuit..... imo Ludolphus, & Chrysostomus a Visitatione affirmare non erubescunt (ego vero horresco referens)*

quod

Sæculum IV. aurichalcum, aut aliam materiam adorare non licet; attamen, ut decebat, hujus statuæ Reliquiæ servabantur, & illis, quos Religio illuc trahebat, ostendebantur. Non nulli privatæ fortis homines illius statuæ caput, quod, cum per plateas traheretur, a corpore avulsum est, devotissime sibi reservarunt.

Theod. III. Emesæ in Syria Pagani Ecclesiam, novissime ædificatam, profanarunt, eam dedican-

quod velocior est non nunquam Salus invocato Nomine Mariæ, quam invocato Nomine Domini unici Filii ejus. Concilium Trident. Sess. 2. appellat hanc B. Virginem: Fidelissimam Christi Sociam. Alter quoque primæ Magnitudinis Papista in Mariali suo: fuit Dominus cum Maria, & ipsa cum Domino in eodem labore, & opere Redemptionis. adeo falsus, & absurdissimus est Card. Bellarminus cum ait, prudentes, & bene instituti Catholici neque Divam, neque Deam vocant. Hæc ille Apol. contra Regem Jacobum p. 94. Tum Episcopum Eliensem, & Lipsium adducit, quod Divam, & Deam vocent, cum versus: Tum tibi Laudes, Dea! dicet omnis sexus, & ætas. Imo non ferenda est istius Angli Hypocrisis, qui Poeticam loquendi licentiam in malum sensum trahit! Nemo Catholicorum, ut bene Cardinalis Bellarminus asserit, Beatam Virginem Deam, aut Divam vocat, ita ut eam supra hominem esse credat, aut Humani Generis Redemptricem. Quis enim Catholicorum affirmat, purum hominem Salutem perditam reparare potuisse?

Sed

dicantes Bacho, quem Gynidum, seu An-Sæculum IV. A. C. 362. drogynum vocabant, quod ei sexum tribuerent utrumque, ejusque Idolum intulerunt. Titus erat Episcopus Bostrensis in aditu Arabiæ Petrosæ, & Palæstinæ *Sozom. V. c. 15.* nibus, is, cum sciret, Imperatorem minatum fuisse, a se, & Clericis suis pœnas exacturum, si in populo seditio moveretur, supplicem libellum misit, quo Imperatori affirmabat, se potius omni contentione

E 3

tione

Sed ejusmodi vocibus, ne homines heterodoxos perversis contra Catholicos præjudiciis innutritos scandalizemus, admodum circumspicte utendum, vel potius abstinendum. Alia deinde affert ad eandem vocem: Maria. Idem Anglus Scriptor: Legas B. Virginem (Vincent. Spec. Hist. 7. 84.) in os ægri Clerici, extractis uberibus, lac immulgentem. Lasam Monialis tibiam unguento de pixide oblinentem Sed & in Choro Monachorum omnium detergentem vultus videas & hæc nonne absurda? quid illa dictu fœda de Beatrice, quæ dum publice scortum ageret, B. Virgo totos quindecim annos forma, & habitu ejus assumpto vicem ejus supplevit in Monasterio? Hæc & multa alia similia Anglus iste in hoc loco Catholicis exprobrat. Verum non satis perpendit, hæc & similia, quamvis Deus diligentibus se favores mirabiles, & tepidis cordibus ignotos exhibeat, a Catholicis non recipi tanquam certa. Redeat ad Sinum Ecclesiæ Anglus, aut Germanus Protestans aliquis, nam in Schismate nulla Salus, si nihil aliud obstat, nemo ab eo exigit, ut talia legat, vel credat.

Sæculum IV. tione adlaborare, ut populum in officio
 A.C. 362. contineret, inter alia hæc verba legeban-
 tur: *quamvis Christiani Idololatriis nume-
 ro inferiores non sint, & nostris exhorta-
 tionibus cobibeantur, ne tumultus exoria-
 tur.* Hæc verba Julianus, ut apud po-
 pulum Bostrensem Tito invidiam crearet,
 in eum sensum detorsit, ac si eum accu-
 sare, quod ad seditionem pronus esset,
 iussitque, ut hunc Episcopum urbe sua
 pellerent, dato Edicto, cuius initium hu-
 jus est tenoris:

§. XXI.

Epistola Juliani ad Bostrenses.

*Epist. 52. Julianus Bostriensibus: Galilæorum
 Præpositos ultro confessuros sperave-
 ram, quod majores mihi gratias, quam
 Prædecessori meo deberent, cum, ipso reg-
 nante, eorum plerique expulsi, vincti, affli-
 ctique fuerint, & magna multitudo eorum,
 quos hæreticos dicunt, fuerit necata, sicut
 Samosata, Cyzici in Paphlagonia, in Bi-
 thynia, & Galatia contigit; in pluribus
 aliis Regionibus oppida direpta, & vasta-
 ta sunt. Econtra postquam ego Principa-
 tum obtinui, exules fuerunt revocati, &
 bona adempta fuere restituta; nihilomi-
 nus eo usque horum hominum furor cre-
 vit, ut cum in alios exercere Tyrannidem
 non amplius liceat, ad turbendam populo-
 rum pacem nihil intentatum relinquunt,*
 in

in Deos impii, & mandatis nostris lenissimis rebelles. Et inferius:

Sæculum IV.
A. C. 362.

Exploratum est igitur, populos ab iis, quos Clericos nominant, excitatos, cum maximam suam felicitatem aestimare deberent, quod eorum delicta præterita impunita sint, pristinae Dominationis desiderio teneri; quia vero judicare, testamenta condere, alienas hæreditates rapere, omnia ad se trahere prohibentur, ubique seditiones movent. Quare omnibus populis hoc Edicto declaro; ne a Clericis se permoveri sinant, ut saxis quemquam insectentur, & Magistratibus obedire detrectent. Illi, quantum lubuerit, convenient, & pro se ipsis orent, quamdiu voluerint. Si autem in propria utilitatis causa populos ad seditionem excitare velint, ne eos sequantur, aut meritas seditiosorum pænas expectent.

Ad Bostrenses deinde speciatim orationem dirigit, & postquam prædicta verba, sibi ab Episcopo scripta retulit, subjungit: videtis, quod dicat, vestram erga me obedientiam non vestrae indoli, sed sibi, qui vos suis exhortationibus cobibeat, adscribendam esse. Ergo ejicite civitate vestra accusatorem vestrum! vos vero invicem pacem colite! qui in erroribus sunt, eos non infestent, qui legitime secundum traditionem omnium Sæculorum Diis serviunt. Et vos, Deorum Cultores! illo-

Sæculum IV. *rum domos non diripite, non destruite,*
A. C. 362. *qui ignorantia potius, quam voluntate a*
vero aberrant. Informandi sunt homines,
& argumentis convincendi, non injuriis,
& corporum tormentis cogendi. Iterum
dico, & sæpius repeto, nolo, ut Galilæo-
rum populus divexetur. Qui in rebus
maximis falluntur, magis commiseratione
nostra, quam odio digni sunt. Sibi ipsis
impietatis penas dant, qui, relictis Diis,
a mortuis, & reliquiis eorum auxilium ex-
spectant. Data est hæc epistola Antio-
chiæ, prima Augusti, anno 362.

§. XXII.

Martyres Antiocheni.

Amm. Lib. XXII. c. 2. Julianus Artemium Ægypti Ducem vo-
Theod. III. c. 18. cavit ad se Antiochiam, quem Alexan-
 drini atrocium criminum accusaverant,
 nempe quod tempore Constantini Idola
 confregisset, & Georgio Episcopo Ariano
 manus militares commodasset, quibus
 templa ornatu, & divitiis spoliaret.
Jul. ep. 10. Eum Imperator, bonis privatum, capite
 damnavit, quem Ecclesia, inter Martyres
 relatum, vigesima Octobris colit. Julia-
Theod. III. nus quosdam etiam ex custodibus suis,
 Scutarios, propter scuta, quæ gerebant,
 dictos, plexit, quos inter inveniuntur
 Juventinus, & Maximinus, quod Chri-
 stiana libertate insidias, quas Imperator
 ad pervertendos Christi Cultores, eos-
 que

que in Idololatriam inducendos ponebat, Sæculum IV. A. C. 362.
 damnassent. Quippe omnes aquarum fontes urbis Antiochenæ, & oppidi Daphnes, injectis liquoribus, Idolis delibatis, infecerat, atque his aquis, quæcunque in foro vendebantur, panem, carnes, fructus, olera, omnis generis annonam aspergi jusserat. Ad hæc ingemiscebant Christiani, comedebant tamen, præceptum Apostoli servantes, dicentis: *omne, quod in Macello vænit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.* 1. Cor. X. 25.

Quadam die super mensam Juventinus, & Maximinus has profanationes vehementius deflebant, illis verbis sociorum Danielis usi: *tradidisti nos Regi Apostatae, * injusto, & pessimo ultra omnem terram.* Cum quidam ex assidentibus hæc verba ad Imperatorem detulissent, Juventinum, & Maximinum, in conspectum suum vocatos, interrogat, quid dixissent? hi arrepta occasione, audacter responderunt: *Domine! nos in piissima Religione Constantini, & in Sanctis cæremoniis sub Regno filiorum ejus enutriti graviter ingemiscimus, dum hodie omnia abominationibus plena, & omnes escas profanis sacrificiis inquinatas videre cogimur. Privatim hæc deploravimus, & jam coram te conquerimur; hoc solum est, quod tuo sub Imperio felicitatem nostram turbat.* His auditis Imperator viros verberari, &

* In Scriptura non legitur vox: Apostata. Dan. 3. 32. Sec. 70.

Sæculum IV.
A. C. 362. torqueri iussit, usque dum exspiraverint, supplicii causam evulgans, non Religionem, sed verborum insolentiam. Ecclesia Antiochena eorum memoriam celebrabat, quinta Septembris, quæ dies illa fuerit, qua Martyrium subierunt; nos eosdem hodieque vigesima quinta Januarii recolimus. Ita milites Christiani Juliano obediebant, etiam infideli, & Apostata, quod S. Augustinus, illius temporis Scriptor testatur; dum dicit: quando præcipiebat, ut Idola adorarent, legem Dei illius mandatis præponebant, quando in hostes movere jubebat, promptissime parebant.

Martyr.
Rom.

Aug. in
Psal. 124.
n. 4.

§. XXIII.

Georgius Alexandrinus trucidatur.

Am. XXII.
c. 2. Soz.
V. c. 7. Philost. VII. c. 2. Sup. lib. XII. §. 34. Ubi Alexandriam de morte Artemii nuntium allatum est, populus infidelis, cui malum, si cum pristina Ducis potestate rediret, minatus fuerat, hoc metu liberatus, iram omnem in Anti-Episcopum Georgium vertit. Is omnium invidiam sibi consciverat, Catholicorum, quod eos sub Constantio fuisset persecutus, Ariatorum, quod eos Aetii condemnationi subscribere coegisset, Infidelium, quod eorum templa spoliasset, & sine discrimine omnis status homines vexaret. Cum ultimo a Regia rediret, & prope pulcherrimum Genii templum veheretur, magna, ut

ut solebat, hominum multitudine stipatus, conversus ad templum, dixit: *quo usque hoc Sepulchrum stabit?* ad hæc verba Gentiles, tanquam si fulmen ruiisset, obstupuerunt, timentes, ne hoc quoque ædificium solo æquaret. Hoc autem, quod modo narrandum est, jam prius irritatos in ultimum furorem egit.

Erat Alexandria locus jam diu desertus, & coniectis immunditiis plenus, ubi olim Infideles in Cæremoniis Mithræ homines immolaverant; hunc tanquam aliis inutilem Constantius Ecclesiæ Alexandria donaverat, eumque Georgius purgari jussit, Ecclesiam ibi ædificaturus. Dum terram fodiunt profundissime, locum subterraneum & secretissimum inveniunt, ubi mysteria Paganorum occultabantur, nempe Idola, & instrumenta Cæremoniis destinata, quæ aspicientibus exotica, & ridicula videbantur. Plurimæ etiam virorum, & infantium calvariæ repertæ sunt, qui ideo necati ferebantur, ut ex eorum visceribus futura prænoscerentur, & magicis cæremoniis defunctorum manes redire cogerentur. Christiani, his detectis, ridicula Paganorum Mysteria, & crudelitatis monumenta omnium oculis studiose exposuerunt, ipsi vero, non ferentes ignominiam, furore arma, quæcunque sub manibus erant, ministrante, in Christianos invehuntur, multos vulnerant,

Sæculum IV.

A. C. 362.

Socr. III. c.

2. Soz. V.

c. 7.

Mithræ
Templum.

Sæculum IV.
A. C. 362.

rant, multos vario mortis genere interficiunt, hos gladio, alios lapidibus obrutos, aliosque fustibus necant; non nullos injectis funibus strangulant, non nullos in Crucis contemptum crucifigunt, non propinquus propinquo pareit, frater in fratrem, Pater in liberos armatur.

His effectum, ut Christiani a purgatione templi Mithræ cessarent; tum vero Pagani Georgium invadunt, furioso clamore Ecclesia extrahunt; & mirum, quod non statim inter furentium manus fuerit obtruncatus, sed tunc quidem eum miserunt in carcerem. Paucis interpositis diebus uno mane accurrunt ad carcerem, correptum per pavementum civitatis raptant expansis cruribus, pedibus proculcant, nullo non opprobrii genere violant. Unacum ipso Dracontium rei monetariæ Præfectum, & Diodorum Comitum gradu insignem, comprehensos eadem crudelitate ligatis pedibus per plateas trahunt, illum, quod in domo monetaria altare, nuper erectum, esset demolitus, istum, quod longos puerorum capillos abscindere auderet, quos antiqua superstitione nefas erat radi, ante illud tempus, quo rite deinde abscissi Diis dedicabantur. Cum Georgium, Dracontium, & Diodorum belluina feritate per totam diem cruciassent, truncata occisorum cadavera camelis imposita, & ad lit-

Theod.
in Levit.
XXVIII.

tus

tus maris deducta, ibi celeriter cremata sunt, cineresque in mare projecti, ne velut Martyrum Reliquiæ a Christianis honorarentur; quod quidem, saltem de cineribus Georgii, nullatenus timendum erat, quippe omnes sciebant, cædis ejus causam non fuisse Christianam Religionem, sed quod eum patrata crimina bonis omnibus execrabilem reddidissent. His non obstantibus, mors ejus Arianis S. Athanasium, & Catholicos calumniandi locum dedit.

Sæculum IV.
A. C. 362.

Epiph. hæc.

Sozom. V.
c. 7. Philost. VII.
c. 1.

§. XXIV.

Juliani Epistolæ.

Julianus, Alexandrinorum seditione comperta, iracundia ardens, tales ab eis pœnas exacturum, edixit, quales facinoris atrocitas postularet; sed aliam ei mentem propinqui ejus, præsertim Comes Julianus ejus cognatus, qui Præfectus Ægypti fuerat, indiderunt, nec gravius in eos animadvertit, quam quod Philosophicam reprehensionem scripserit in hunc modum: *Et si nulla vobis esset Reverentia Alexandri fundatoris vestri, aut potius Magni Serapidis, Dei vestri, quomodo communes humanitatis leges violastis? quomodo reverentia mei vos non cohibuit? mei, inquam! in quem Dii, & præsertim Magnus Serapis hujus universi Imperium contulerunt? cum me injuriarum,*

Am. XXII.
c. 2. Soz.
V. c. 7.

Epist. 10.

Sæculum IV. A. C. 362. *rum, vobis illatarum, judicem appellare oportuisset, vindictæ cupiditate abrepti, illa ipsa flagitia admittere non puduit, quibus vos inimici vestri ad justam iracundiam provocaverant. Tum conquerendi de Georgio causas, quas habebant, affert, & subdit: Justissime igitur in hunc Deorum hostem irati, cum eum in judicio accusare debuissetis, Sacram vestram Civitatem profanastis. Et deinde: Pro civem cives rabidorum canum more discerpistis, & fumantes humano sanguine manus ad Deos attollere audetis! at Georgius ita puniri merebatur; concedam hoc vobis, & adjiciam, forte graviores pœnam fuisse meritum, vos vero a carnificum officio abstinere oportebat. Leges habetis, quibus a vobis honor debetur, saltem publice. O vos felices! quod, me imperante, banc culpam admisistis, ego enim vos affectu fraterno diligo, in Dei, (*) & agnati mei gratiam. Rigidus Princeps tanto malo remedium amarissimum tulisset, satis mihi est, vos verbis, nempe remedio, quo lenius esse non potest, corripere, mihi que persuasum habeo, vos mea bonitate commoveri, si vere Græca origine nati estis, & ab antiqua Majorum vestrorum nobilitate non degenerastis.*

Julia-

(*) Nempe Serapis. Interpres Protestantis hunc sensum non reddidit, sed alium, qui Fleuri non est.

Julianus sciens Georgii bona post cæ-
dem ejus fuisse direpta, ad Ecdicium Ægy-
pti Præfectum scripsit; curaret, ut libri
servarentur, *nam librorum*, inquit: *ab*
unguiculis studiosus sum, & scio Georgium
habuisse multos Philosophiæ, Rbetoricæ, &
impie Galilæorum Doctrinæ. Utinam
Galilæorum libros abolere possem! sed ne
unacum istis & alii utiliores perdantur,
omnes exactissime requirantur, & ad hunc
laborem, qui Georgio ab epistolis fuit, ad-
bibeatur; si fideliter imperata fecerit, in
præmium accipiat libertatem, sin minus,
verum in equuleo exprimatur. Novi, quos
libros Georgius habuerit, nam, cum in
Cappadocia essem, multos mihi mutuos de-
dit, ut transcriberentur, quos ei deinde
reddidi. Julianus hac super re etiam scri-
psit ad Porphyrium, Quæstorum in Ægy-
pto Præpositum, jubens, ut Georgii Bi-
bliothecam, quibuscunque posset modis,
colligeret, sibi que Antiochiam transmit-
teret.

Sæculum IV.
A. C. 362.

Epist. 9.

Liban. pa-
neg. 12. 34.

Epist. 36.

§. XXV.

S. Athanasii reditus.

Sanctus Athanasius, sublato Georgio,
cum nihil amplius obstaret, Alexan-
driam rediit, postquam annis ferme se-
ptem latuerat, nempe a nona Februarii
anno 356. usque ad annum 362. circa
mensẽ Augustum. Ingressus ejus trium-
phi

Sup. I. XIII.

S. 28.

Greg. Naz.

or. 21. pag.

391.

Sæculum IV. phi instar fuit, qualis tamen Jesu Christi
A. C. 362. Discipulum decebat; asino vehebatur,

innumerabili populi multitudine circum-
 datus, qui Alexandria Cheream, unius
 diei itinere, & ultra obviam processerat;
 universam Ægyptum confluisse dixisses;

ibid. p. 390. loca omnia editiora, ut Episcopum vide-
 re daretur, ascenderant, omnes loquen-

p. 391.

tis vocem audire auebant, sanctificari cre-
 debant, ad quos umbra ejus pertingeret.
 Alexandriae populus in turmas divisus
 stabat, quas sexus, ætas, & conditio di-
 stinguebat, sicut in quocunque solemn-
 ingressu observari solebat. Nationes va-
 riarum, quæ tunc in vastissima urbe versa-
 bantur, suis quæque linguis jucundissimo
 clamore applaudebant; effusi odores, per
 totam urbem faces accensæ, in locis pu-
 blicis, & domibus privatorum festi dies
 agebantur, totæ noctes in sancta lætitia
 transactæ.

Socr. III. c. 4. Tum vero Catholici, pulsus Arianis, in
 omnium Ecclesiarum possessionem redie-
 runt, ita, ut illi in privatorum domibus
 convenire coacti sint. Præses eorum erat

Greg. Naz. or. 21. pag. 392.

Presbyter, nomine Lucius, quem jam
 tunc in locum Georgii Episcopum ordi-
 nasse dicuntur. S. Athanasius tanta cha-
 ritate cum iis, qui se persecuti fuerant,
 egit, ut cum de ejus reditu conquerendi
 causa ipsis non esset, nullos habuisse Ad-
 versarios videretur. Oppressos subleva-

vic

vit nullo unius, alteriusve partis diseri-
mine; prædicationem Sanæ Doctrinæ de Sæculum IV.
A. C. 362.
S. Trinitate reduxit. Debitæ Sanctua-
rio reverentiæ consuluit, eos arcendo,
qui res sacras emebant, & vendebant;
omnium animos sibi devinciebat, & sua
sponte volentes regebat.

§. XXVI.

Concilium Alexandrinum.

Cum S. Eusebius Vercellensis, & Luci-
fer Calaritanus ex Thebaide, quo re-
legati fuerant, redirent, in deliberatio-
nem attulit, ut ambo ad S. Athanasium
proficiscerentur, cum eo de rebus Reli-
gionis acturi, præcipue de concordia in
Ecclesiam Antiochenam reducenda. Lu-
cifero præplacuit, se ipsum Antiochiam
conferre, & Alexandriam duos tantum
Diaconos mittere; hos in ea, quæ in
Concilio futuro agenda essent, consentire
iussit. S. Eusebius ivit Alexandriam, ubi
S. Athanasius, communicatis cum eo con-
siliis, Concilium convocavit, non quidem
Episcoporum numero, sed Sanctitate spe-
ctatissimum, quippe omnes Jesu Christi
Nomen gloriose confessi fuerant. Inter
hos primi erant S. Athanasius, & S. Euse-
bius Vercellensis; deinde S. Asterius Pe-
trens in Arabia, & plures ex Ægypto
Episcopi nempe Cajus, Ammonius, Dra-
contius, Adelphius, Paphnutius, omnes
Hist. Eccles. Tom. IV. F pro-

*Sup. §. 4.**Ruf. I. c. 27.**Soz. III. c.**5. 6. Soz.**V. c. 12.**Theod. III.**c. 4. 5.**Ruf. I. c. 28.**Socr. III.**c. 5.**Athan. ep.**ad Antioch.**574. & 580.*

Sæculum IV. propter fidem ejeti, vel proscripti numero viginti, præter alios quorum nomina non leguntur. Cum Episcopis præsentibus aderant quorundam absentium delegati, Luciferi Diaconi duo, Herennius, & Agapetus; alii duo Diaconi, Maximus, & Calimerus, quos Paulinus Presbyter, Eustathianorum Antiochenorum caput, miserat, & aliqui Monachi, ab Episcopo Apollinari missi; is Apollinaris Hæresiarcha fuisse creditur, cujus errores necdum in Ecclesia erant cogniti.

Concilium ante omnia tranquillitatem Ecclesiæ reddere adlaboravit post immanem tempestatem, quam Ariani sub Constantio excitaverant, dum eorum machinationibus factum, ut omnes formulæ Ariminensi subscriberent. Totus Mundus Arianum se esse mirabatur; Episcopi Catholici obstupescabant, quod Ariani perversum sensum darent verbis, quæ ipsi in sensu sano approbaverant, quibusque se ab hominum perfidissimis decipi passifuerant. Catholici anathema dixerant, docentibus, Filium Dei esse Creaturam, sicut omnes aliæ creaturæ sunt, atque ita acceperant, quod Filius Dei nullatenus esset Creatura, cum interim Ariani ita acciperent, Filium esse Creaturam, sed modo distincto. Ergo Catholici Fidelibus hæretici esse videri poterant contra propriæ conscientiæ testimonium, quam

Ruf. I. c. 28.

Sup. XIV.

S. 24. Hier.

in Lucif. c. 7.

Sup. XIV.

S. 14.

quamvis in corde suo nullius alterius Doctrinæ, quam Catholicæ sibi consciis essent, nec unquam aliter sensissent; per corpus Domini, (*) & quidquid sacrum in Ecclesia esse potest, testabantur nihil mali in illa fidei Professione sibi suboluisse; agebant: *credidimus, sensum verbis congruere, nec in mentem nobis venit, in Ecclesia Dei, ubi simplicitatis, & sinceritatis sedes est, homines inveniri posse, qui aliud lingua eloquerentur, quam quod in corde sentirent. Decepti sumus, quod impios homines, bonos esse credidimus; impossibile nobis videbatur, ut Jesu Christi Pontifices contra Jesum Christum pugnarent!* Ita lachrymis perfusi loquebantur, & parati, tam suam subscriptionem, quam omnes Arianorum blasphemias condemnare. Addebant ad suam excusationem, quod ad tempus tempestatibus

Sæculum IV.
A. C. 362.

F 2

cessis-

(*) Hoc sine omni dubitatione de Corpore Domini in Eucharistia accipiendum. At Interpreti nostro Protestanti Parte III. p. 183. hoc ita transferre placuit: Sie bezeugten bey dem Leichnam Jesu am Creuz. Egregie! quantus Realis præsentia Christi in Eucharistia aggressor! post paucas lineas posuit loco verborum: contra Jesum Christum. Wider sich selbst. Huic Interpreti defuit diligentia, & fidelitas. In pag. ipsius 199. quæ de Apolline dicuntur, Puellæ Daphni tribuit imperitus Mythologus. In eadem pag. Num. seq. iterum erratum.

Sæculum IV.
A. C. 362. cessissent, ne si fugerent, Episcopi hæretici in locum suum sufficerentur, qui Ecclesias pervertissent, & quod maluissent hanc culpam in se suscipere, quam occasionem præbere, ut Fideles populi perirent.

Quidam eorum, qui non subscriperant, illos non esse recipiendos existimabant; tales in ordine Episcoporum tolerari posse negabant, qui se ipsos, quocumque demum modo, hæreticorum Communionem inquinassent, & rigore nimio petebant, ut deponerentur, & alii in eorum locum ordinarentur. Hanc **Concilium Alexandrinum.** viam in quibusdam locis tentaverant, sed Episcopi, qui sibi in illa subscriptione nullius malæ fidei conscii erant, ægre in suam depositionem consensissent, atque tantus erat Fidelium in Episcopos suos amor, ut quemcumque, qui sibi Charissimum Pastorem eripere attentasset, lapidibus obruissent. Qui severissime censebant, dicebant, ut saltem suæ solius Ecclesiæ communionem contenti viverent, quod aliqui post lapsum suum fecerant. His objiciebatur, quod, si isti Episcopi semper in hoc statu essent relinquendi, hoc ipso Ecclesia divideretur, & timendum esset, ne, si contemptos se a cæteris viderent, re ipsa ad Arianos deficerent. His ergo zelatoribus Apostoli Regula opponeretur; non quærendum, quod

quod nobis utile, sed quod pluribus salu-
tare. Ita Ecclesia tunc multitudini Fi-
delium succurrere solebat, alias in schis-
mate, & hæresi peritura. *Expedit, aje-*
bant Patres: *nos paulisper inclinare, ut*
lapsos erigamus, & sic multis comitanti-
bus Regnum Cælorum ingrediamur, quam
aliis æternum gloriam invidere, quasi no-
bis solis debitam.

Hanc viam mitiorem Concilium Ale-
xandrinum tenuit; primo decretum, Hæ-
reticorum Ducibus veniam esse imper-
tiendam, si errori renuntiarent, locum
autem inter Clericos non esse conceden-
dum, quia excusationem non haberent,
se ab aliis fuisse inductos. Qui aliorum
exemplo, quasi vi torrentis fuissent ab-
repti, his quoque veniam concedendam,
& præterea ordinem, quem in Clericatu
obtinebant, servarent; si errori, & hæ-
reticorum Communioni renuntiarent;
non ideo quidem, ait S. Hieronymus:
quasi crederetur, illos, qui hæretici fue-
rant, posse esse Episcopos, sed quia con-
stabat, illos, qui recipiebantur, nunquam
fuisse hæreticos. His S. Hieronymi ver-
bis non significatur, per hæresin Caracte-
rem, & potestatem ordinis Episcopalis
amitti, sed tantum, ne absque dispensa-
tione Ecclesiæ legitime functiones exer-
cere possit, impediri.

Sæculum IV.
A. C. 362.

§. XXVII.

Doctrina de Trinitate, & Incarnatione.

Socr. 3. c. 7.
Ath. ad Antioch. p. 575.
Ruf. 1. c. 29.
Athanas. ad Ant. p. 576.

Quod spectat ad Doctrinam Ecclesiæ, in Concilio Alexandrino de Spiritu S. Divinitate actum est, atque illi damnati, qui Spiritum S. dicebant esse Creaturam, & nihilominus se fidem Nicænam profiteri, & ab erroribus Arianorum alienos esse putabant. Ergo in Concilio statutum; Spiritum S. a Jesu Christi substantia non esse separandum, nec dividendam Trinitatem, si in ea quidquam creatum, inferius, aut posterius ponatur. Etiam vox hypostasis in disquisitionem venit, quia non nulli illos arguebant, qui tres Hypostases admittebant, dicentes, has voces in Scriptura non inveniri. Qui ita querebantur a Concilio rogati sunt, ne quidquam ultra ea, quæ in Symbolo Nicæno continebantur, credendum exigent; eorum tamen opinionem, qui tres dari hypostases affirmabant, ad examen revocare placuit; ergo interrogantur, an hypostases dicerent in sensu Arianorum, nempe divisas, alienas, diversæ a se ipsa substantiæ, & unamquamque per se ipsam subsistentem? ad eum modum, quo filii hominum, & ab aliis Creaturis producta subsistunt? an vellent affirmare tres substantias distinctas, quales sunt aurum, argentum,

gentum, & cuprum? aut, quod alii hæ-
 retici dicebant, dari tria principia, aut
 tres Deos? responderunt; se nihil horum
 affirmare, nec unquam sibi in mentem
 venisse; dixit Concilium: *quomodo ergo
 intelligitis, & quare his vocibus utimini?*
 responderunt: *quia S. Trinitatem non
 solum nomine Trinitatem dici, credimus,
 sed vere esse, & subsistere; scimus, quod
 Pater sit, & vere subsistat, quod Filius
 sit, & vere subsistat in substantia Patris,
 & quod S. Spiritus subsistat, & existat;
 non tres Deos diximus, aut tria princi-
 pia, imo hoc dici, aut cogitari a quoquam
 non sustineremus. Sanctam agnoscimus
 Trinitatem, sed unicam Divinitatem,
 unum Principium, Filium consubstantia-
 lem Patri, sicut dixerunt Patres nostri,
 Spiritum S. nec Creaturam, nec alienum,
 sed proprium, & a substantia Filii, & Pa-
 tris inseparabilem.*

Concilium, postquam hanc de trina
 hypostasi explicationem approbavit, opi-
 nionem illorum, qui unicam admittere
 accusabantur, examinavit, ut pateret, an
 non in erroribus Sabellii essent, Filium,
 & Spiritum Sanctum ad nihilum redigen-
 tes, & dicentes, quod Filius sit sine substan-
 tia, aut Spiritus S. sine substantia. Affir-
 marunt, quod hoc non dicerent, nec un-
 quam cogitassent, at vero, inquebant:
vocem HYPOSTASIS in eadem significatio-

Sæculum IV. *ne accipimus, qua vocem substantia, &*
A. C. 362. *credimus dari unicam, quia Filius est de*
substantia Patris, & natura unum, &
idem est. Nam tantum unam dari Divi-
nitatem, & unam naturam Divinam cre-
dimus, non vero naturam Patris, a qua na-
tura Filii, & Spiritus S. distincta sit.
 Qui tres hypostases admittebant ean-
 dem cum istis sibi esse de Divinitate sen-
 tentiam fassi sunt, atque qui unam dice-
 bant, illorum explicationem receperunt,
 atque utraque pars Ario, Sabellio, Paulo
 Samosateno, Valentino, Basilidi, & Mane-
 ti anathema dixerunt. Omnes Confes-
 sionem fidei Nicænam optimam esse, &
 exactissimam fatebantur, huic imposterum
 inhærendum, & ejus verba servan-

Soer. III. da. Coeterum vox Hypostasis antiquis
c. 7. Philosophis, & bonis Græcorum Scripto-
 ribus, saltem in hoc sensu, incognita erat,
 hancque Philosophi recentiores introdu-
 xerant, frequenter eam adhibentes pro
Sup. I. X. verbo *ousia*, quod essentiam, aut substan-
S. 43. tiam significat. Osius in Concilio, quod
 Alexandria tempore Constantini Magni
 egerat, hanc quæstionem tractaverat, at
 in Concilio Nicæno, quod statim secu-
 tum, de ea nulla mentio facta.

Ad Antioch. In Concilio Alexandrino etiam de
p. 578. Mysterio Incarnationis quæstiones agita-
 tæ sunt. Postquam illi, qui hac super
 materia disputabant, fuere interrogati,
 his,

his, qui præsidebant, Auctoribus, in se-
 quentem sententiam consenserunt; JE-
 sum Christum ad Prophetarum ordinem
 non esse deprimendum, aut pro viro San-
 cto, qui ad finem sæculorum venisset, ha-
 bendum, quia de Prophetis simpliciter
 scriptum est, quod verbum Dei accepe-
 rint, de Jesu Christo autem dicitur, quod
 ipsum Verbum caro factum sit, & quod,
 cum in forma Dei esset, formam servi
 assumpserit, homo factus, & propter nos
 secundum carnem ex Maria natus sit;
 quod itaque per ipsum genus humanum
 plene, & perfecte a peccato liberatum, a
 morte redemptum, & in Regnum Cœ-
 lorum introductum sit. Confitebantur
 etiam, Salvatorem non habuisse corpus
 sine anima, sine sensu, sine cogitatione,
 neque hoc esse possibile, cum nobis non
 tantum salutem animæ, sed etiam corpo-
 ris attulerit. Cum esset vere Dei Filius,
 factus est quoque Filius hominis, atque
 Filius Dei unigenitus, etiam primogeni-
 tus inter multos fratres factus est. Quam-
 obrem Filius Dei, qui erat ante Abraham,
 non est alius, quam qui post Abraham ve-
 nit; qui Lazarum suscitavit a mortuis,
 non erat alius, quam qui quærebat, ubi
 Lazarus esset positus, idem erat, qui ut
 homo quærebat, ubi esset, & ut Deus,
 suscitavit ab inferis. Idem erat, qui in
 corpore exspuebat, ut homo, & qui Spi-
 ritu,

Sæculum IV.
 A. C. 362.

Joan. 8. 58.

Joan. 11.
 34.

Joan. 9. 6.

F 5

ritu,

Sæculum IV. ritu, ut Filius Dei cœcum a nativitate fa-
 A. C. 362. nabat; qui patiebatur in carne, ut loqui-
 tur S. Petrus, & ut Deus sepulchra ape-
 1. Petr. 4. 1. riebatur, & mortuos suscitabat. Qui de
 Incarnatione disputaverant, consense-
 runt, ut omnia, quæ de Christo in Evan-
 gelio legebantur, hoc modo explicarent.

Concilium Non erat nova hæc Doctrina, sed
 Alexandri- Traditioni Ecclesiasticæ, & Veterum scri-
 num. ptis consona. S. Irenæus, S. Clemens
 Socr. III. Alexandrinus, Apollinaris Hierapolita-
 e. 7. nus, qui regnante Marco Aurelio vive-
 Sup. IV. bat, & Serapion Antiochenus eadem scri-
 S. 4. Euf. pserant, nempe Verbum incarnatum ani-
 IV. hist. 33. mam habuisse. Idem Origenes scripse-
 Sup. 1. VI. rat, & Concilium, ipsius tempore in cau-
 S. 12. sa Berylli Episcopi Bostrensis in Arabia
 Socr. III. celebratum, idem docuerat. S. Athanasius
 e. 8. in Concilio Alexandrino prælegit Apolo-
 Sup. XIII. giam, quam diu ante scripserat, ut iustas
 S. 47. fugæ suæ causas adversus Leontii Antio-
 cheni, & aliorum Arianorum criminatio-
 nes exponeret. Tandem Concilium ad
 ap. Athan. Luciferum, Cymacium Paltensem in Sy-
 to. 1. p. 5. ria, & Anatolium Eubœum, tunc Antio-
 to. 2. conc. chæ morantes, litteras dedit, quibus
 p. 810. actorum rationem reddebat; hæ litteræ
 quæ sub nomine epistolæ S. Athanasii ad
 Antiochenos notissimæ sunt, a S. Asterio
 Petrensi, & S. Eusebio Vercellensi Antio-
 chiam allatæ sunt.

§. XXVIII.

Sæculum IV.

A. C. 362.

Epistola ad Ecclesiam Antiochenam.

In hac epistola Patres Concilii Alexandrini loquuntur in hunc modum: *Sup. l. XIII.*

§. 33.

Omnes, qui a vobis pacem petent, recipite, præcipue eos, qui in Palæa conventus suos agunt; hi erant S. Meletii Sectatores.

Etiam illos, qui Arianos relinquunt, ad vos trahite, affectu Paterno recipite, & charissimis nostris fratribus, qui Paulinum sequuntur, conjungite, nihil aliud ab illis exigite, quam ut hæresin Arianorum anathematizent, & fidem Nicænam profiteantur.

Illos vero etiam damnent, qui dicunt Spiritum Sanctum esse Creaturam, atque errores Sabellii, Pauli Samosatani, Valentini, Basilidis, & Manetis. Et inferius: Omnibus viribus prohibete, ne quisquam legat, aut aliis legendum det illud scriptum, quod aliqui expositionem fidei Concilii Sardicensis esse comminiscuntur, nam nihil tale ab hoc Concilio profectum est;

non nulli quidem petierunt, ut fidei *Sup. l. XI.*

§. 35.

professio scriberetur, & ausu temerario scribere attentarunt, at S. Concilium factiosorum hominum molitionem cum indignatione rejecit, & Fideles omnes Definitione Concilii Nicæni contentos esse iussit. Patres Alexandrini deinde referunt, quid circa quæstiones de Hypostasi, & Incarnatione egerint, & quod, postquam diverse

Sæculum IV.
A. C. 362.

diverse de his fidei articulis loquentes mentem suam coram explicare jussissent, judicaverint, eos in eadem esse sententia. Eos, ad quos scribunt, hortantur, ut idem faciant, & omnes, qui prædictas quæstiones eodem modo explicarent, recipiant, alios, tanquam de fide suspectos rejiciant, & universaliter omnes Catholicos admoneant, ut temeraria judicia, & lites de nomine fugerent, & unionem, quibuscunque possent modis, conservarent. In fine addunt: *Hæc in loco, quo convenire soletis, publice prælegite! æquum enim est, ut ibi eorum, qui pacem acceptare volent, reconciliatio fiat; deinde in loco, quem totus populus, vobis præsentibus, elegerit, Conventus agentur.* Huic epistolæ subscripserunt S. Athanasius, & alii Episcopi præsentis. Duo Diaconi a Lucifero, & duo a Paulino delegati. S. Eusebius Vercellensis latine subscripsit, brevissimis verbis in sua subscriptione epistolæ substantiam complexus. Præter tres absentes Luciferum, Cymatium, & Anatolium ad Eusebium quoque, & Asterium, quamvis præsentis essent, dirigebatur epistola, ut his duobus, tanquam totius Concilii Delegatis, pro instructione serviret.

S. Athanasius privatim quoque ad aliquos Episcopos, quæ in hoc Concilio acta fuerant, perscripsit, præsertim ea, quæ ad recon-

reconciliationem illorum, qui in Conci-
lio Ariminensi subscripserant, pertine-
bant. Habemus epistolam, quam ad Ruf-
finianum scripsit, ubi indicat, alios Epis-
copos eadem mandata dedisse in omnibus

Sæculum IV.
A. C. 362.

Tom. 2. p. 4.

to. 7. Concil.

p. 76.

Provinciis, nominatim in Achaia, Hispania, Gallia, & Romæ, atque hanc Disciplinam ab Ecclesia Romana fuisse approbatam. S. Athanasius in eadem epistola exigit, ut, qui ad sinum Ecclesiæ redeunt, nominatim Euzoium, & Eudoxium anathematizent, qui Filium Dei Creaturam esse volebant. Scripsit etiam ad S. Basilium ut ab iis, qui ab Arianismo conver-

Basil. ep. 75.

p. 382.

Nicænæ exposceret, eidem exemplo Episcoporum Macedoniae, & Achaiae, qui idem facerent, proposito. Hanc Disciplinam Romæ receptam fuisse, videmus ex epistola Liberii Papæ ad Episcopos Italiae data, ubi eorum, quæ in Ægypto, & in Achaia decreta fuerant, mentionem facit, & eos, qui Arimini lapsi erant, recipi jubet, si modo professionem fidei Nicænæ sequantur, & Sectariorum Duces damnent.

Liber. ep. 2.

apud Hilar.

fragm. 12.

§. XXIX.

Ordinatio Paulini. Schisma Luciferi.

Sanctus Eusebius Vercellensis, soluto
Concilio, Alexandria Antiochiam se
contulit, at de S. Asterio Petrensi nihil
amplius

Mart. Rom.

10. Jun.

Ruf. I. c. 30.

Sæculum IV. amplius legimus, nisi quod Ecclesia ejus
 A. C. 362. memoriam inter SS. Confessores agat.

Socr. III. S. Eusebius, Antiochiam adveniens, no-
 c. 9. vam Divisionis causam invenit. Lucifer
Sozom. V. divisas Catholicorum partes sub uno
 c. 13. Episcopo unire conatus fuerat, & felici-
Theod. III. ter succedere potuisset labor, si virum
 c. 5. utrique parti acceptum elegisset, sed cum
 videret Eustathianos obstinacius paci ob-
 sistere, conciliandos eorum animos puta-
 vit, si iis Presbyterum Paulinum Episco-
 pum daret, quem jam sponte Partis suæ
Hier. Chr. Principem sequebantur, sperans, Meletia-
 an. 363. & nos amore pacis eundem recepturos; igitur
ibi Scalig. Paulinum in Episcopum Antiochenum
 ordinavit, assistentibus duobus Confesso-
 ribus, Gorgonio Episcopo Germaniceni, &
 Cymatio Paltano. Paulinus vir erat
 Episcopatu dignus, a S. Eustathio Pres-
 byter ordinatus, nunquam hæreticorum
 communione contaminatus; at Meletia-
 ni eum non receperunt. Hæc ordinatio,
 quæ dissidentium animos componere de-
 buerat, contentionem auxit, jamque tres
 numerabantur, qui se Antiochiæ Episco-
 pos gerebant, Meletius, & Paulinus Ca-
 tholici, & Euzoius Arianus. Hoc Schis-
Theod. III. ma octoginta quinque annis a depositione
 c. 5. S. Eustathii anno 330. usque ad conjun-
Sup. l. XI. ctionem Eustathianorum sub Episcopo
 S. 43. Alexandro anno 415. Ecclesiam Antio-
 chenam turbavit. Arianis omnes Eccle-
 sias

sias occupantibus, S. Meletius, nuper ab Sæculum IV.
 exilio reversus, in Palæam extra urbis mu- A. C. 362.
 ros sitam, in cujus possessione erant Fi-
 deles, qui suam Communionem sequeban-
 tur, contentus esse coactus est. Euzoius
 parvam Ecclesiam in urbe Paulino con-
 cessit, nolens virum expellere, cujus se-
 nectutem, mansuetudinem, & vitæ San-
 ctitatem reverebatur; præterea longe *Sup. XIV.*
 majori invidia in Meletium ardebat, ob *§. 32.*
 ea, quæ in sua ordinatione contigerant.
 S. Eusebius comperto Ecclesiæ Antioche-
 næ statu, neutri Catholicorum parti com-
 municare voluit, ne, si alterutri se junge-
 ret, schisma augetur, quod extincturus,
 advenerat. Luciferi factum quidem pu-
 blice reprehendere abstinuit, considerans,
 quam utilis Ecclesiæ sua eruditione fuis-
 set, secreto tamen ingemiscebat, quod
 ordinatione præcipiti viam reconciliatio-
 ni oclusisset, promittebatque, huic ma-
 lo remedium in futuro Concilio afferen-
 dum; quantumcunque vero exinde ad
 Ecclesiam pacificandam laboraverit, ir-
 ritus conatus fuit, cum ii, qui S. Meletio
 adhærebant, ipsius præsentia confirma-
 rentur. Ergo re infecta S. Eusebius dis-
 cessit.

Lucifer offensus, quod Eusebius ordi-
 nationem Paulini non probasset, ab ejus,
 & quod inde sequitur, Ecclesiæ Catholicæ
 Communionem abstinuit. Imo Decreta
 Con-

Sæculum IV. Concilii Alexandrini rejicere cupiebat,
 A. C. 362. & ad ea approbanda devinctum se sen-

Lucifer
 Schismati-
 cus.

tiens per procurationem, quam in epi-
 stolis Diaconis suis dederat, Diaconorum
 factum reprobare, eosque deponere vole-
 bat; post longam deliberationem, sibi
 metipsi contrarius, statuit, servare sibi
 Diaconos, & tamen Concilium Alexan-
 drinum damnare. Ab eis, qui in Concilio
 Ariminensi subscripserant, ita abhorre-
 bat, ut etiam ab eorum communione,
 qui subscribentes post præstitam conve-
 nientem satisfactionem recipiebant, re-
 cesserit. Hæc fuit origo novi Schisma-
 tis; nam quosdam habuit Sectatores licet
 parvo numero, quos Luciferianos dixe-
 runt, in Sardinia potissimum, & Hispania
 dispersos. Cæterum nihil aliud Lucife-
 ro objicitur, quam quod duræ cervicis
 fuerit, at nullius in fide erroris arguitur.
 Diu Antiochiæ moratus, ea urbe relicta,
 in Sardiniam, & Ecclesiam suam Calari-
 tanam rediit, ibique post annos octo 370.
 humanis excessit.

Aug. de
 hæc.

Hier. Chr.
 an. 371.
 Ruf. 1. hist.
 6. 30.

Hilarius, Ecclesiæ Romanæ Diaconus,
 gente Sardus, qui Luciferum in sua Lega-
 tione ad Imperatorem Constantium co-
 mitatus, exilium, virgas, & tormenta post
 Concilium Mediolanense tulerat, eo us-
 que contentionis ardore abripi se passus
 est, ut baptizatos ab Arianis rebaptiza-
 ret, quod Lucifer non fecerat. Cum

Hila-

Hilarius esset tantum Diaconus, nec Presbyteros, aut Episcopos haberet, Evcharistiam consecrare non poterat, nec ex eadem causa Baptismum solemnem conferre, qui, ut consuetudo illius temporis ferebat, absque Evcharistia non conferebatur, multo minus poterat Clericos ordinare; hinc factum, ut ipsius Secta unicum suo auctore interierit.

§. XXX.

*S. Eusebii Vercellensis, & S. Hilarii
Labores.*

Sanctus Eusebius Vercellensis secum in Occidentem duxit Presbyterum Evangelium Pompejani Antiocheni filium, exinde in una hujus Ecclesiæ Sede Paulini Successorem. Idem S. Eusebius plurimas

Orientis Provincias peragravit, modicæ fidei Christianos confirmans, rudes informans, & ad Ecclesiæ Catholicæ unitatem reducens; inde in Illyricum transit, & tandem in Italiam, ubi omnium Fidelium applausu exceptus est; ibi S. Hilarium Pictaviensem invenit, qui etiam sua ex parte ad revehendam fidem Catholicam pari zelo, & feliciori successu adlaborabat; in causa reconciliationis eorum, qui formulæ Ariminensi subscripserant, ejusdem, cujus S. Athanasius, erat opinionis, & contra sententiam aliquorum, cum illis communicare recusantium, omnes vo-

Sæculum IV.
A. C. 362.

*Basil. ep. 8.
Ruf. I. c. 30.
Socr. III.
c. 10.
Sozom. V.
c. 13.*

*Sulp. Sev.
l. 2. p. 433.
&c.*

Hist. Eccles. Tom. IV.

G

cabat

Sæculum IV.
A. C. 362.

cabat ad pœnitentiam; hanc ob causam
plura in Galliis celebravit Concilia, atque
inter illa Parisiense, de quo locuti sumus,
numerari potest. In istis Conciliis, quæ
Arimini facta fuerant, damnata sunt, &
fides Ecclesiæ puritati pristinæ restituta.
Saturninus Arelatensis malignæ, & per-
versæ indolis homo piis conatibus adver-
sabat, qui deinde præter hæresis suspi-
cionem enormium scelerum convictus, &
Ecclesia ejectus est. Paternus Petrico-
riensis, nec in moribus, nec in fide Satur-
nino melior, Episcopatu depositus; reli-
quis omnibus venia concessa; atque
omnes fatebantur, solius S. Hilarii solli-
citudine, & industria factum, ut Gallia
ab hæresis macula purgaretur.

Ruf. 1. 6.
31.
ap. Hilar.
fragm. 12.
n. 3.

ra pacem reducere conabatur, at uberio-
res fructus colligebat Hilarius, mitissima
indole, opinione eruditionis, & eloquen-
tiæ arte insignis. Tunc Episcopi Italiæ
data ad Illyricos epistola iis reditum ad
sanam Doctrinam gratulati sunt; *omnes
jam in hoc consensimus*, inqueiebant: *ut
Decreta Nicænæ Synodi servemus contra
Arium, & Sabellium, quorum ex parte
hæres est Photinus. Unanimi omnium Pro-
vinciarum consensu Decreta Ariminensia,
quorundam privatorum argutiis corru-*
pta

Sæculum IV.
A. C. 362.

pta, irritavimus. Subscriptionum nostrarum exempla vobis transmittimus, ut, quisquis pacem nostram cupit, nobis diligenter formulam suam mittat, qua fidem Nicænam recipiat, & Concilium Ariminense damnet. Ex hac epistola dispicere est, quam largos fructus S. Eusebii in Illyrico labores tulerint, ubi antea sub Photino, Germinio, Ursacio, & Valente hæresis fuerat dominata.

§. XXXI.

Martyres in Italia, & in Gallia.

Multi leguntur in antiquis Martyrologiis sub Juliano Romæ Martyrium passi. Quos interveniuntur Joannes, & Paulus, quos præcipuis in aula sub Constantino officiis spectabiles fuisse dicunt; Pigmenius, Priscus, Joannes, & Januarius Presbyteri; Bibiana Virgo, Mater ejus Dafrosa, & Flavianus Pater, qui Præfectus fuisse fertur. Gordianus Præfecti Vicarius, & quidam alii. Inter hos illustrissimæ famæ sunt SS. Joannes, & Paulus. Illud certum est, a Juliano Apronianum Gentilem, & Christianis infensissimum anno 363. Romæ Præfectum fuisse constitutum. Is Romam adveniens unius oculi jacturam fecit, cumque id sibi maleficio accidisse crederet, ad conquirendos Magos, veneficosque accensus est; atqui inter alias criminationes, quibus

Baron. anns
362. ex Mart.
tyr. & act.
Mart. Rom.
2. Decembr.
10. Maji.
26. Jun.
An. XXVI.
c. 3.

G 2

Chri-

Sæculum IV. Christiani vexabantur, veneficium nume-
 A. C. 362. rabatur.

Paulin. ep.
 28. ad *Vi-*
tric. 2.
Martyr. 7.
Aug.

In Gallia miles, nomine Victricius, solempni die, coram Tribuno stantibus in ordine militibus, progressus, abjectis armis, militiæ se nuntium mittere edixit; Tribunus fustibus casum, & testarum aculeis laceratum ad Comitem remisit, qui eum capite damnavit; carnifex, cum eum duceret, manu locum signabat, quo eum percuteret, & ecce! repente utroque oculo capitur; Victricius in carcerem mittitur, vinculis ferreis tam arcte manus ejus constringentibus, ut nexus ad ossa penetrarent; rogavit ergastularios, ut paulisper relaxarent, ipsis tantillum obsequium denegantibus orans, ad Jesum Christum convertitur, tum subito Ministri vincula, nemine solvente, decidere conspexerunt; denuo vincire non ausi, & stupore turbati, ad Comitem decurrentes, prodigium narrant; is ipse ad fidem conversus, Victricium libertati restituit. Victricius post hæc Episcopus Rhothomagensis fuit, & fructu labori respondente, fidem Catholicam per totam Oceani oram, quam Morini, & Nerviani habitabant, mirifice propagavit. Inter Martyres Galliæ quoque numeratur Eliphius Tullensis, cui Coloniae honos habetur. Illa tempestate Salustius, Juliani amicus, Galliarum erat Præfectus, ad quem

Martyr.

16. Octobr.

quem Julianus Orationem suam in Lau-
dem Solis direxit, ubi omnem Rhetoricæ
sux artem, & Theologiæ Gentilis Myste-
ria dilucide exponit. Hunc Collegam
in Consulatu assumpsit anno 363. S. Hi-
larius modicum tractatum contra hunc
Præfectum Salustium, & contra quem-
dam Medicum, nomine Dioscorum scri-
psit, nempe, ut pronum est conjecturare,
in Religionis Catholicæ defensionem.

§. XXXII.

*Quædam a Donatistis in Africa vi
injusta peracta.*

Donatistæ in Africa occasionem sibi fa-
vere rati, Libellum Juliano obtule-
runt, quo rogabant, ut Episcopi sui sub
Imperatore Constante, cum Paulum, &
Macarium in Africam misisset, proscripti,
revocarentur. Facile, quod petebant,
Julianus concessit, jussitque, ut in posses-
sionem Ecclesiarum suarum postliminio
mitterentur. Veniunt ergo armata ma-
nu, possessionem invadunt, multisque in
locis, patratæ cædibus, ingentis sævitix
specimina edunt; judices vero tantæ cru-
delitatis exempla ad Imperatorem per-
scribere sui esse muneris duxere. Felix
Episcopus Zabanus, & Januarius Flumen-
pisciensis venerunt Lemellam, ubi cum
clausis Ecclesiæ portis arcerentur, quos-
dam suorum tectum conscendere, & la-
teres

Sæculum IV.
A.C. 362.
 teres auferri iusserunt; atque, Diaconis Catholicis altare tuentibus, plures vulnerati, & duo occisi sunt. Primofus Episcopus Catholicus Lemellanus de facti atrocitate Concilio Thebesteno, quod Donatistæ agebant, amarissime conquestus, surdis auribus fabulam cecinit. Thipasum, Mauritanæ Casareanæ, urbem, duo Episcopi Donatistæ ex Numidia Urbanus Formesanus, & Felix Idicriensis quibusdam Ducibus, & Præside Athenio stipati, cum signis militaribus irruerunt; ibi populus Catholicus eiecus, viri vulneribus læsi, mulieres raptatæ, quarum non nullæ abortum fecere; occisi infantes; imo Evcharistia canibus projecta; at canes subita rabie acti, & in Dominos suos irruentes, eosdem dentium morsibus dilacerarunt. Ampulla, qua Sacrum Chrisma servabatur, per fenestram dejecta, & petreæ incidens, non est comminuta. Moniales in hoc tumultu defloratæ. Inter cœteras una ab Episcopo Felice compressa est, cui ipsemet Mitram olim tanquam filiæ suæ Spirituali imposuerat. Hæc Mitra erat pileus ex lana candida, purpura ornatus, qui in Africa Virginibus, Deo consecratis, in signum suæ Professionis, sicut alibi velamen, dari consueverat.

Opt. l. 6. Donatistæ illis Virginibus, quas in suas partes traxerant, Mitras, ab Episcopis Catho-

Catholicis acceptas, detrahebant, & im-
ponebant novas. Fideles exorcizabant,
ut denuo rebaptizarentur, muros Eccle-
siarum abluebant, altaria confringebant,
& flammis tradebant, quippe pleraque
in Africa erant ex ligno. Sacri calices com-
minuebantur, & liquabantur, ut in alios
usus verterentur. Verbo ea omnia Do-
natistæ profanata æstimabant, quæcunque
Catholici Episcopi consecrassent, quapro-
pter eorum Evcharistiam ante canes mit-
tebant. Catholicorum Diaconos, Pres-
byteros, & Episcopos ad Laicorum ordi-
nem detrudebant; pœnitentiam Virgini-
bus, & innocentissimis infantibus injun-
gebant, cum autem hoc non nisi perfun-
ctorie fieret, tempora a Canonibus præ-
scripta non servabant, sed hic post unum
annum, alter post mensem, & alius post
diem unam pœnitendi finem faciebant.

§. XXXIII.

Confessio S. Apollonii in Ægypto.

Imperatoris in Christianos odium omni-
um Provinciarum Rectoribus ansam
præbuit, eos persequendi, multas extor-
quendi pecunias, & tormentis afficiendi,
optime gnaris, etsi ultra Juliani mandata
agerent, nullas ideo a se pœnas exigen-
das; & re ipsa quoties Christiani de in-
juriis quererentur, Imperator responde-
bat: *vestra hæreditas est, omnia adversa*

G 4

patien-

Sæculum IV. *patienter tolerare, hoc est, quod vos do-*
 A. C. 362. *cuit Deus vester.* In Ægypto S. Apollo-

Ruf. vit. nius ab annis quadraginta cum magno
patr. l. VI. Discipulorum numero in eremo vivebat;
c. 7. Pallad. cum aliquando eorum aliquis vi abductus
Lauf. c. 52. effet, ut etiam invitus militiæ adscribe-

retur, nam Julianus Clericos, Monachos-
 que militare cogebat, Apollonius ad eum
 in carcerem se contulit, ut solatium fer-
 ret; supervenit Centurio, atque indigna-
 tus, Apollonium ausum esse intrare, eum
 cum omnibus, qui venientem comitati
 fuerant, aucto excubitorum numero in-
 clusit, omnes, ut milites essent, coactu-
 rus. At ecce! media nocte apparuit An-
 gelus, fulguris instar, qui carceris januas
 aperuit; mox custodes Sanctorum geni-
 bus advolvuntur, rogantes, ut liberi dis-
 cederent, malle se pro iis mori, quam
 Potentiæ Divinæ, eos protegenti, resiste-
 re. Primo mane Centurio cum viris præ-
 cipuis accurrit, rogatque, ut omnes e car-
 cere abirent, quippe nocte illa domum
 suam terræ motu collapsam, domesticorum
 charissimos oppressisse. Sancti ex-
 euntes, & Divinas laudes celebrantes, in
 eremum reversi sunt. S. Apollonius diu
 supervivens plura patravit miracula; in
 Thebaide prope Hermopolin morabatur,
 ferme quingentos Monachos ascetica Dis-
 ciplina gubernans.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Sæculum IV.
A. C. 362.*S. Athanasius expulsus.*

Gentiles Alexandrini non diu S. Athanasium quiescere passi sunt. Hanc ipsi urbem Sacram, & Deo Serapi dicatam habebant, eratque omnis generis Sacrificulorum, & Magorum receptaculum, ubi summæ impietatis facinora sub Imperatoris tutela audebant; omnem exuentes humanitatem, innocentes infantes utriusque sexus jugulabant, ut eorum exta aspicere, & carnes manducare liceret. Eadem crudelitate in parvulos Athenis, altera Barbaræ Idololatriæ Sede, sæviabant. Igitur Alexandrini, inita contra S. Athanasium conspiratione, ad Imperatorem scripserunt; hujus viri præsentia omnem suam artem eludi; ab ipso totam urbem, & totam Ægyptum seduci, ipso manente nec unum brevi tempore Deorum cultorem superfuturum. Perlecta epistola Julianus rescripsit in hæc verba: *Virum illum, qui bis duorum Imperatorum mandatis proscriptus fuerat, saltem novum redeundi mandatum, antequam redire auderet, expectare oportuisset; ego quidem Galilæis, a Constantio felicitis memoriam proscriptis, reditum in Patriam, non vero in Ecclesias suas permisi; nihilominus audio, audacem illum Athanasium consuetam sibi temeritate Sedem, quam Epis-*

*Eunap. in Aedes. pag. 72.**Socr. III.**Ruf. I. c. 33. Theod. III. c. 9.**Jul. ep. 26.*G 5 *copa-*

Sæculum IV. *copalem vocat, maximo piissimi populi Alexandrini dolore denuo occupasse; hinc iubeo, ut quamprimum hoc meum mandatum acceperit, urbe exeat, ni, si moretur, pœnam graviolem velit incurrere.*

Ep. 51.

Populus urbis Alexandrinæ Christianus totius communitatis nomine ad Julianum, ut sibi Athanasium donaret, scripsit; quantum autem hæc petitio Juliani animum irritaverit, ex responsoprehenditur; *Si vobis, inquit: fundator esset, eorum de numero aliquis, qui propriam legem violarunt, & quod novam Doctrinam inducere voluerint, merita pœnas dederunt, tamen ne Athanasium peteretis, pudor vetare debuisset, nunc cum Alexandrum urbis vestræ Auctorem habentis, & Regem Serapidem atque conjugem suam Isidem, totius Ægypti Reginam, Deorum Tutelares, quis non obstupescat, quod sanctorum urbis vestræ partem non sequamini, & una pars corrupta totius Civitatis nomen sibi arrogare non erubescat. Totum pudore suffundor Deorum causa, quod aliquos ex vobis Alexandrinis Galilæos esse non pudeat. Verorum Hebræorum Patres olim Ægyptiorum servos fuisse legimus, & vos, Ægyptiorum victores, illorum servitutem subitis, qui Majorum suorum leges contemnunt! Hoc probrum sapissime Gentiles Christianis ingerebant, quod Judæorum transfugæ, & propriæ Religionis Rebel-*

Rebelles essent. Tunc Julianus in hunc ^{Sæculum IV.} modum orationem profequitur: ^{A. C. 362.} *antiquæ illius temporis felicitatis obliti estis, dum tota Ægyptus ob religiosum cum Diis commercium bonis omnibus affluebat. Sed obsecro! edicite! quid denique boni novæ Doctrinæ Auctores vobis attulerunt? Fundator vobis est Alexander Macedo, Deorum famulus, qui Maximi Jovis gratia tantum Galilæos, & Galilæis meliores Judæos superat, quantum terra Cælum præstat. Successerunt Ptolomæi Reges, qui urbem vestram auxerunt, & ornavunt, num autem ad hanc amplitudinem, & rerum omnium abundantiam Jesu sermones, aut maledictorum Galilæorum execrabiles fabulas quidquam profuisse putatis?*

Augustus, pulsus ob rempublicam male administratam Ptolomæis, in Dei Serapidis, & Philosophi Arii, sibi inter amicos charissimi, gratiam, vobis peccatorum veniam clementissime concessit. Cogitate ergo, quam singularia a Diis civitas vestra acceperit beneficia! at vero num forte vos soli illa bene facta ignoratis, quæ Dii omnipotentes in totum genus humanum largissime effundunt? an vos soli, inter mortales universos cæci, splendorem Solis non videtis? an vobis solis ignotum, quod Sol, Rex Siderum, æstatis, & hiemis auctor, & causa sit, quod animalia omnia, & plantas producat? an vos soli tanto stupore torpe-

Juliani
Epistolæ.

Sæculum IV. torpetis, ut nesciatis, quod luna a sole re
A. C. 362. omnes procreandi virtutem accipiat? in
 terim Deorum quemquam adorare crimini
 ducitis, & Deum Verbum dicitis Jesum,
 quem nec vos, nec Patres vestri viderunt,
 illum vero, quem totum Genus humanum
 reueretur, & omnis boni fontem adorat,
 contemnitis, Solem, dico, contemnitis, vi
 ventem, animatam, rationabilem, & bene
 ficam intelligibilis Patris imaginem. Mibi
 experto credite, & in viam rectam redite.
 Viginti annis vias vestras ambulavi, & hic
 est annus duodecimus, quo Deorum ope
 aliam, quam modo tero, ingressus sum. Ex
 his verbis arguitur, hanc epistolam post
 sextam Novembris anno 362. scriptam
 fuisse, nam Julianus sexta Novembris an
 no 331. natus, tunc annum trigesimum
 secundum ætatis agebat; hic vero do
 cemur, ipsum ab anno vigesimo Christia
 nis Sacris renuntiasse. Ulterius epistola
 ad Alexandrinos hæc habet:

Sup. l. XII.
S. I.

*Si in doctrina impostorum istorum pe
 severare vultis, de fide vestra qualicunque
 inter vos conveniat, sed Athanasium pete
 re cessate. Multi Discipulorum ejus satis
 facundia valent, ut pruritus aurium ve
 strarum impiis sermonibus satient. Si
 bujus viri tantum vobis est desiderium, ob
 ejus in rebus gerendis calliditatem, quippe
 impostor vaserrimus esse dicitur, scitote,
 quod propter ipsam hanc causam tantam
 pestem*

pestem ex vestra urbe ejectam velim. *Ab* Sæculum IV.
insimæ sortis homine, qualis iste Athana- A. C. 362.
sus est, si magni momenti negotiis se inge-
rit, & vilem prodigit vitam, quid aliud
expectetis, quam ut civitati vestræ perni-
ciem afferat?

Scriptit deinde Julianus ad Ecdicium *Epist. 6.*
 Ægypti Præfectum, ut mandata diligen-
 ter curaret; *Etsi, inquit: nihil aliud, quod*
mibi scriberes, haberes, tamen de Athana-
sio, Deorum inimico, tacere non deberes;
juro per magnum Serapidem! nisi ante Ca-
lendas Decembris Alexandriam purgave-
rit, aut potius totam Ægyptum, a militum
tuorum cohorte centum auri libras mulctæ
nomine exigam. Huic epistolæ manu pro-
 pria subjunxit: *Deorum contemptum impa-*
tientissime fero, nec aliud quidquam gratius
mibi nuntiaveris, quam universa Ægypto
ejectum esse hominis scelus, Athanasium
istum, qui, regnante me, mulieres Græ-
cas, & nobiles ausu nefando baptizavit.

Rursus igitur copias in S. Athanasium *Ruf. 3. c. 34.*
 mittere, Ecclesiam aggredi, vimque para-
 re opus fuit; magna Alexandria Ecclesia,
 quæ erat Cæsareana, Paganis, Judæisque
 flammis injicientibus, conflagravit. Imo
 etiam Athanasium interfici Julianus jusse-
 rat; perterriti Fideles obortis lacrymis
 Pastorem suum circumstabant, quibus
 ipse: *persecutio hæc nubecula est, cito* *Theod. III.*
transitura. Tum o viculis suis valedixit, *c. 9. Socr.*
III. 6. 14.
 Eccle-

Sæculum IV. Ecclesiam amicorum solertissimis com-
 mendavit, sciensque, persecutores suos
 A. C. 362. advenisse, navem, in littore Nili obviam,
 Soz. V. intravit, & adverso flumine versus The-
 c. 15. baidem vehi cœpit; is cui demandatum
 erat S. Athanasium interimere, comper-
 ta ejus fuga, strenue insequabatur; sed
 quidam ex S. Athanasii amicis illius cele-
 ritatem antevertens, viro Sancto nuntia-
 vit, esse, qui omni virium contentione in-
 sectarentur; qui cum S. Athanasio erant,
 suadebant, ut, relicta navi, in desertum
 fugeret, ipse econtra inverti cursum præ-
 cepit, & quam promptissime versus Ale-
 xandriam navigium impelli, *ut omnibus
 pateat, inquit: eum, qui nos tuetur,
 potentiorum esse, quam qui persequitur.*
 Sic ergo Sicariis occurrentes, atque in-
 terrogati, ubinam Athanasium reliquis-
 sent? & an procul inde abesset? respon-
 derunt; haud procul hinc abest, & si
 properatis, brevi tenebitis. His latro-
 nes cursum præcipitant irrito labore, dum
 interim S. Athanasius Alexandriam rediit,
 ubi usque ad obitum Juliani latuit.

§. XXXV.

Macedonianorum initium.

Soz. V. Eleusius Episcopus Cyzicenus unus erat
 c. 14. ex Macedonianorum Principibus,
 nam Macedoniani ab aliis separari, & pro-
 prium Nomen habere sub Imperio Julia-
 ni

ni cœperunt; in hoc Principatu Eleusius ^{Sæculum IV.}
 Eustathium Sebastenum in Armenia, & ^{A. C. 362.}
 Sophronium Pompejopolitanum in Pa-
 phlagonia Collegas habebat; Constan- ^{Sup. l. XIV.}
 tio defuncto, liberius agentes, eos, qui
 Seleuciæ ejusdem secum opinionis fue-
 rant, convocarunt, &, aliquibus Conci-
 liis celebratis, Sectatores Acacii, & for-
 mulam Ariminensem condemnarunt, for-
 mulam autem Antiochenam, a se jam Se-
 leuciæ approbatam, confirmarunt. Cum
 interrogarentur, quæ causa divisionis jam
 esset inter eos, & Acacianos, quibuscum
 antea in Communione Ecclesiastica fuis-
 sent conjunctissimi? per os Sophronii ora-
 toris sui responderunt in hunc modum:
*Occidentales, qui consubstantialem cre-
 dunt, duas Hypostases Patris, & Filii ma-
 le confundunt; in Oriente Aetius, qui dis-
 similem in substantia defendit, Filium a
 natura Patris nimium removet, nos vero
 dicimus, Filium esse similem Patri in sub-
 stantia, justum medium inter duo extre-
 ma tenentes.* Puri Ariani in hoc usque
 tempus Episcopos habebant Constantino-
 poli Eudoxium, & Euzoium Antiochiæ;
 Tunc quoque Aetius, & Eunomius factio-
 nis Duces Constantinopoli morabantur,
 & circa illud tempus Aetium ordinarunt
 episcopum. Euzoius alia ex parte Con-
 cilium Antiochiæ egit, quodque Constan-
 tinopoli sub Imperatore Constantio con-
 tra

*Philost. VII
 c. 5. 6.*

Sæculum IV. tra Aetium, & alios decretum fuerat, ir-
 A. C. 362. ritavit. Cœterum divisionibus, & dis-
 sensionibus Episcoporum sub Juliani Im-
 perio occasio non favebat, omnes enim
 sibi timebant, & persecutio generalis fl-
 lentium omnibus imposuit.

Id. 5. c. 15. Civitas Cyzicena, missis ad Julianum
 Imperatorem legatis, pæter alia, quæ sibi
 concedi cupiebat, etiam ut Idolorum tem-
 pla repararentur, petiit; is laudata ci-
 vium pietate, petita concessit, & capta
 exinde occasione Episcopum Eleusium
 urbe expelli jussit, quod templa profa-
 nasset, viduarum receptacula, & Virgi-
 num collegium fundasset, & Gentiles ad
 contemnendos Patrum suorum mores im-
 pulisset. Christianis quoque advenis, qui
 cum Eleusio erant, prohibuit, ne urbem
 Cyzicum intrarent, incusans eos, quod
 Christianis incolis ad movendam Religio-
 nis causa seditionem jungerentur. Quam-
 quam Julianus ingenti Idololatriam reve-
 hendi desiderio flagraret, stultum tamen
 esse perspiciebat, integras nationes vel-
 le cogere, eosque omnes, qui sacrificare
 nollent, punire. Tantus erat Fidelium
 numerus, ut non sine ingenti labore cu-
 juslibet civitatis Magistratus eorum nu-
 merum inire valuisset. Nec etiam eo-
 rum conventus abrogari tuto posse cre-
 debat, sed magno studio Episcopos, Cle-
 ricosque ex urbibus ejiciebat, sperans
 collapsu-

collapsuram brevi tempore Religionem, si Sæculum IV.
 deessent, qui populos instruerent, & Sa- A. C. 362.
 cramenta administrarent; publice au-
 tem, hanc eos ejiciendi causam esse di-
 cebat, quod populos ad seditionem ex-
 citarent. Ita Cyzico Eleusium, & comi-
 tes ejus ejecit, quamvis nulla videretur
 seditionis umbra; ita Titum Bostra, ut di- Sup. §. 20.
 ximus, expulit.

§. XXXVI.

Juliani Superstitiones.

Julianus Antiochiæ hærebat, ubi hie- Am. XXII.
 mem, nempe reliquum tempus an. 362. 12. Greg.
 & initium anni 363. transegit. Bellum in Naz. or. 4.
 Perfas adornabat, quod jam diu meditaba- p. 113.

tur, volens jacturas, quas ex illa parte Ro-
 manum Imperium ab annis sexaginta, id
 est, a Diocletiani Regno fecerat, repara-
 re; ingenium turbulentum hominem qui-
 escere non sinebat, victoriæ, quas in Gallia
 juvenis reportaverat, animum inflabant,
 & prioribus titulis Persarum Domitoris
 nomen adjicere cogitabat. Quibus longi-
 or rerum experientia erat, præsertim Chri-
 stiani dicebant, tantæ rei consilium præ-
 cipitari, necdum maturam videri in Per-
 sas expeditionem, antequam omnia domi
 essent pacata, Julianum, si nimis fortunæ
 suæ confideret, omnia simul perdendi pe-
 riculum subiturum. Talia loquebantur
 ex composito coram illis, qui Imperatori

Hist. Eccles. Tom. IV.

H re-

Sæculum IV. referre possent; sed ipse incepto nihilo
A. C. 362. segnius insistebat, gloriæ sibi ducens, sper-
 nere consilium hominum, quorum timidi-
 tatem, & suæ prosperitatis invidiam sibi
 putabat esse exploratam. Inter alios ad ex-
 peditionem apparatus ingens conspicieba-
 tur sacrificiorum numerus, nunquam non
 sanguine victimarum manabant altaria,
 centum sæpius boves uno sacrificio im-
 molabat, minorum victimarum numerus
 iniri non poterat. Terra, marique raras
 aves conquiri jubebat, quas deinde pro-
 priis discerpebat manibus; conviviis Sa-
 crificia sequentibus milites vino, carni-
 busque se ingurgitabant, ita ut sæpe in-
 gredi non valentes ex templis per plateas
 in domos suas aliorum humeris deferri
 deberent, plerumque Galli, quibus Julia-
 nus impensius favebat. Pecuniæ in has
 cæremonias profusio, ipsorum Gentilium
 iudicio, omnem modum excedebat.

Aruspicius artem suam exercendi ple-
 nam libertatem dederat Julianus, quam
 adhibere sub Constantio capitale erat, ora-
 culorum nullum fuit, quod non consule-
 retur, in animalium exta inspiciebatur, can-
 tus, & volatus avium observabatur, omnes
 futura prænoscenti artes ambitiose im-
 pendebantur. Fons erat Castalis in op-
 pido Daphne prope Antiochiam, qui, cum
 haberet idem nomen, ejusdem quoque
 virtutis esse, ac fons Delphicus, fereba-
 tur.

Liban. de

vita sua. P. ret,

II. p. 41.

Mamertin.

Grat. n. 23.

Sozom. V.

c. 19.

Greg. Naz.

or. 4. p. 127.

tur. Traditionem etiam narrabant, ibi Sæculum IV. A. C. 362.
 Hadriano Imperatori fuisse prædictum, quod esset regnaturus, ne vero cuiquam alteri oraculum eandem fortem posthac præfagiret, fontem ipsius jussu magna saxorum mole fuisse obstructum; Julianus aperiri, & a celebri illius loci oraculo responsum peti veluit.

Templum Daphnes Luco sacro octoginta in circuitu stadiorum, quæ ultra tres & mediam leucas conficiunt, incinctum stabat; ipsum Lucum cupressus, laurique, & aliæ arbores efformabant, quarum rami conferti ardentis solis radios excludebant. Terra frequentibus, & limpidissimis aquis rigabatur, omnis generis floribus pro diversitate temporis ornata. Aer suaviter frigidus, & odoratus hauriebatur. Tradebant Græci, eundem esse locum, quo Nympha Daphne ex Arcadia Apollinem insectantem se fugiens, in laurum fuisset mutata; hinc charissimum Deo esse nemus, quod Divina præsentia sæpe bearet. Apollini ab accolis singularis honor habebatur, cui, & sorori ejus Dianæ sacrum templum erat. Jure Asyli gaudebat. Antiocheni cives, vicinique populi singulis annis illuc ad festi solemnitatem conveniebant. Ipsum quidem oppidum modicum erat, & hominibus virtutem amantibus infrequens. Loci situs ad mollitiem invitabat, & de amore Apollinis

Sæculum IV. linis fabula, cui templi superstitio innite-
A. C. 362. batur, ad excitandas juvenum cupidita-
 tes erat aptissima; lascivientis Dei exem-
 plum pudicos esse non sinebat, nec pati,
 ut alii essent; si quis in oppido Daphne
 habitabat, nullius irretitus amoribus, stu-
 pidus ille, & sensu carere credebatur, cu-
 jus occursum tanquam hominis impii, &
 pessimi ominis omnes fugiebant.

§. XXXVII.

Translatio S. Babylæ.

Sup. XIII. **G**allus Cæsar, Juliani frater, ut locum
S. 4. tantopere profanatum emundaret,
 ex urbe Antiochia S. Babylæ Reliquias il-
 luc inferri ante annos undecim jusserat,
 & exinde oraculum obmutuerat; Gen-
 tiles silentii causam Sacrificiorum, &
 cultus Apollinis cessationi adscribebant,
 at quamvis Julianus nec Sacrificiis, nec
 libationibus parceret, nullum amplius re-
 sponsum potuit elici, nisi quod oraculum
 silentii sui rationem reddiderit, locum os-
 sibus mortuorum esse repletum. Intel-
 lexit effati sensum Julianus, & quamvis
 plura alia mortuorum corpora Daphne es-
 sent sepulta, solius Martyris Babylæ cor-
Ruf. 1. c. 35. pore Deum suum offendi cognovit, jussit-
 que, ut Galilæi loculum auferrent. Chri-
Theod. III. stianorum omnis ætas, & sexus conven-
6. 10. runt, & sandapilam pretiosam, currui im-
 positam, transtulerunt Antiochiam, a qua
 Daphne

Daphne stadiis quadraginta, id est, dua-Sæculum IV.
 bus ferme leucis distabat; Hæc transla- A. C. 362.
 tio, Christianis lætitia exultantibus, tri-
 umphi speciem referebat, quem S. Mar-
 tyr Dæmonibus devictis meruisset; ut
 gaudium testarentur, atque tam longi
 itineris laborem levarent, Psalmos canebant.
 Qui canendi peritiores erant, incipiebant;
 his omnis populus respondebat, ad quemlibet
 versum repetens illa verba: *confundantur omnes, qui adorant* *Psalm. 96. 7.*
sculptilia, & gloriantur in simulacris suis.
 Cantantium voces usque ad Cœlum extollebantur.
 Julianus hac pompa, & probroso Gentilibus cantu
 offensus, pœ- *Sozom. V.*
 nas a Christianis exposcere statuit; Sa- *c. 20.*
 lustio Prætorii Orientis Præfecto, alteri,
 quam illi Galliarum, aliter videbatur,
 quamvis ipse Gentilis esset, dicebatque
 Imperatori, sic iis adeo concupitam Martyrii
 gloriam concessurum; at illo in proposito
 pervicaciter perseverante, Salustius, ut
 obediret, die altera aliquos Christianos
 comprehendi, & in carcerem mitti jussit.
 Cum sibi ex captivis unum ad- *Ruf. ibid.*
 duci præcepisset, ei juvenis, nomine
 Theodorus, sistitur, qui ipsius jussu a mane
 usque ad vesperum tortoribus aliis, & aliis
 labori succedentibus tanta crudelitate
 cruciatus est, ut spectatores faterentur,
 nihil unquam a se visum, quod huic sævitie
 par esse possit. Interim Theodorus

Sæculum IV. inter duos tortores in equuleo suspensus
A. C. 362. vultu tranquillo, & hilari eundem Psalmum, quem Ecclesia Christianorum die præcedenti cecinerat, repetebat. Eo in custodiam remisso, Salustius, quid egisset,

Aug. XVIII ad Imperatorem defert, suadens, desisteret ab incepto, ex quo utilitatis nihil, sed multum dedecoris expectandum esset.

Theod. III. Rufinus, qui hanc historiam narrat, propriis oculis vidisse se Antiochiæ hunc Theodorum affirmat, sibi que interroganti, an dolorum acerbitatem sensisset, respondisse; se ab initio quidquam doloris sensisse, ad deinde penes se vidisse juvenem, vultus sudorem candidissimo linteo abstergentem, & sæpe aquam frigidam sibi propinantem, qua ita fuisset refocillatus, ut, cum deinde ab equuleo fuisset depositus, id sibi nulla levaminis, sed mœstitiæ causa fuisset.

Aliam hujusmodi confusionem Julianus a quadam vidua notissimæ pietatis, nomine Publia, tulit; ea filium ex matrimonio, in quo modico tempore vixerat, genuerat, Joannem dictum, qui diu inter Presbyteros Antiochenos primus fuit, atque sæpius aliquorum suffragiis in Episcopum cooptatus, quod autem onus ipse semper devitavit. Mater ejus Publia cœnobio Virginum præerat, quibuscum quotidie Laudes Divinas canebat; si Imperatorem ante illarum ædes transire contingeret,

geret, unitas voces extollebant omnes, Sæculum IV. A. C. 362.
 illos præcipue Psalmos canentes, quibus
 Idolorum vanitas deridetur, qualis est:
Simulacra Gentium, aurum, & argentum, Psal. 113.
opera manuum hominum. Similes illis 4. 8.
fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confi-
dunt in eis. Iratus Julianus iussit, ut
 quotiescunque ipse transiret, tacerent hæ
 sæminæ. Publica contempto ejus impe-
 rio, sodalibus suis animos addidit, atque,
 alia vice Imperatore transeunte, incita-
 vit, ut canerent: *Exsurgat Deus! & dis-* Psal. 67.
si-pentur inimici ejus! Julianus multo ma-
 gis irritatus, Publicam ad se adduci, &
 nulla senectutis, vel pietatis eximiæ habi-
 ta ratione, ab uno Prætorianorum suorum
 ejus ambas genas alapis contundi, totas-
 que rubore suffundi præcipit. Illa ma-
 ximo se honore pro Christo affectam æsti-
 mans, in suam cellam rediit, & consueta
 cantica spiritualia continuavit.

§. XXXVIII.

Templum Daphnes consumitur.

Sancti Babylæ Reliquiæ Antiochiæ in Chryf. pag. 463.
 eodem loco sacro repositæ sunt, ubi
 ante translationem, Galli Cæsaris jussu Sozom. V. c. 20.
 factam, asservabantur; at brevi post ignis Theod. III. c. 2.
 Daphnes templum corripuit, tectum
 omne consumptum, ornamenta, & Ido-
 lum Apollinis, ex ligno quidem deaura-
 to, sed arte, & opere speciosissimum, a

Sæculum IV.
A. C. 362. capite ad extremos pedes in cineres con-
 versum. Muri, & columnæ ita integræ
 remanserunt, & illasæ, ut reliqua mani-
 bus hominum potius quam flammis de-
 structa viderentur. Hoc accidit unde-
 cimo Calendas Novembris, id est, vige-
 sima secunda Octobris anno 362. Illico,
 quamvis nox esset, Comes Julianus advo-
 lavit flammam restincturus; is erat Impe-
 ratoris agnatus, juxta ipsum Apostata, cui
 Comitatus in Oriente Dignitatem dederat,
 & ita poscente suo officio Antiochiæ resi-
 debat. Nihil in eo opis fuit contra incen-
 dium. Ubi hoc ad Imperatoris aures de-
 latum, tanto furore exarsit, ut urgeret
 insanus quæstionem illorum, qui templo
 serviebant, & ipsorum Sacerdotum, verum
 expressurus tormentis, quis ignem subje-
 cisset? nam facinoris auctores esse Chri-
 stianos ita volebat, ut hanc sibi adimi opi-
 nionem nollet; quantumcunque autem
 Idololatræ illi torquerentur, affirmare
 omnes perseverabant, non partem tem-
 pli inferiorem prius arsisse, sed superio-
 rem. Quidam de vicinia agrestes dice-
 bant, se fulmen e cœlo delabi suis ocu-
 lis vidisse. Quidam Pagani aliud narra-
 bant; nempe aliquem Philosophum, Se-
 cta Cynicum, nomine Asclepiadem, cum
 ex remota Regione Daphnem venisse, ut
 videret Julianum, parvum Idolum argen-
 teum Deæ cœlestis, quod semper secum
 ferre

Ann. ibid.

ferre solebat, ante pedes Apollinis posuisse, & accensis de more cereis recessisse; media nocte scintillas volantes ad templi tectum, cujus aridissima erat materia, ascendisse, ignemque conceptum, nemine, qui principiis obstaret, praesente, extingui deinde non potuisse. Itaque satis erat exploratum, incendium in templi fastigio fuisse exortum, nec ullum esse suspicandi locum, quod Christiani ignem nequiter subiecissent. Omnibus autem Christianis persuasum erat, id Deum S. Babylæ intercessionem dedisse.

Nihilominus Julianus culpam hanc Christianis affingebat, dicens, hoc modo eos translationem Reliquiarum ulcisci voluisse. Ergo secundo magnam Ecclesiam Antiochiæ claudi jussit, postquam vasa sacra elata, & in ejus Thesaurum compo-

Sæculum IV.
A. C. 362.

Chryf. ibid.

Misopog.
p. 96. Hier.
Chron. an.
364. Soz.
V. c. 8.
Theod. III.
c. 12.

H 5 cui

Sæculum IV.
A. C. 362.

cui Christianorum honor curæ esset, aliam qua vasa terræ allisit, infedit, sacram mensam urina inquinavit, atque Episcopum Euzoium nefas prohibere volentem impacto colapho repulit; nam Arianæ magnæ Ecclesiæ possessores erant. Sic spoliata, & polluta majori Ecclesiæ portas ejus muniri, aliarumque Ecclesiarum fores claudijussit. Tunc omnes Ecclesiastici fuga sibi consulere; unicus Presbyter, nomine Theodorus, seu Theodoretus, in urbe remansit, quem Comes Julianus, Theauri Ecclesiæ custodem esse suspicatus, sibi quæ utilissima revelare posse, captum, crudeliter torisit, & tandem, in confessione fidei constantem, capite damnavit.

Socr. V.
c. 8.

§. XXXIX.

Alii Martyres Antiocheni.

Greg. Naz.
or. 3. p. 75.

Imperator ex Labaro crucem, & Jesu Christi Nomen, a Constantino infertum, deleverat, & pristinam signis militariibus formam, quam sub Principibus Ethnicis habebant, restituerat, quod ex ejus nummis dispicitur. Comes Julianus advertit, quod Bonosus, & Maximilianus illarum copiarum Duces, quæ Herculiænæ veteres dicebantur, nihil in Labaro mutassent; nam a Regno Diocletiani quædam erant cohortes, quæ ab ejus nomine Jovianæ, & aliæ Herculiænæ a Maximiliano vocabantur; his ergo Comes

Acta Sinc.
p. 664.

Julia

Julianus præcepit, ut signa mutarent, & Deos, quos Imperator, & ipse colerent, adorarent; cum illi id facere recusarent, dicerentque, se fidem, quam a parentibus accepissent, servare velle, Comes Bonoso ligato ultra trecentas plagas loris plumbatis infligi iussit; sub tot ictibus Bonosus, subridens, ad omnes Comitum quæstiones nihil respondebat. Maximilianus deinde accedere iussus, dixit ad Comitem: *si Dii vestri vos audiverint, & locuti vobis fuerint, tunc adorabimus eos; ipse scis, Idola surda, & muta adorare nobis non licere.* Hoc ideo dicebat, quod ipse Comes Julianus fuisset Christianus. Tunc ambos ligari, & tribus vicibus plumbatis cædi iussit, ipsi vero nullum sentiebant dolorem. Deinde in picem ferventem demersis, nihil mali accidit, clamantibus Judæis, & Gentilibus Magos esse, & veneficos. In carcerem post hæc reductis, Comes Julianus panem misit, annulo suo signatum, quod sine dubio figuram cuiusdam Idoli referebat, hinc Martyres de illo pane comedere noluerunt. Comes Hormisdas, qui Christi castra sequebatur, ad eos in carcerem invisit, vidensque eos incolumes, & gaudio repletos, eorum precibus Deo se commendari petiit; erat Hormisdas Saporis Regum Persarum frater, qui, relicta patria, in aula Constantini, & deinde Constantii plurimum

Sæculum IV.
A. C. 362.

Zosim. l. 2.

p. 684.

Am. XVI.

c. 2.

Sæculum IV. mum vitæ tempus transegit. Comes Ju-
 A. C. 362. lianus iterato de Martyribus quæstionem
 habuit, præsentè Præfecto Salustio, qui
 eos iterum torquere recusavit; Juliano
 autem instanti, ut signum crucis Labaris
 eximerent, responderunt: *Christiani sumus, & bene memores, quid Patri nostro
 Constantino promiserimus, quando Sacrum
 fœdus Achyronii prope Nicomediam imminente vitæ ejus termino accepit, (*) & nobis
 juramentum exegit, ne ullo unquam
 tempore in fidem filiorum suorum Purpura
 debitam, aut in Ecclesiam peccaremus.*
 His Julianus sententiam pronuntiavit, ut
 cum omnibus aliis, qui in vinculis erant,
 gladio ferirentur. S. Meletius, & alii
 Episcopi SS. Martyres ad Locum supplicii
 comitati sunt, ubi summa animi lætitia
 Martyrii sui cursum consummarunt.

Martyr.
20. Dec.

Inter Martyres Antiochenos sub Julia-
 no Imperatore duo ejusdem Ecclesiæ Pres-
 byteri

(*) Ad hunc locum Anonymus I. dicit: *In
 margine Fleurius citat Acta sincera p. 664. Ec-
 ce novum testimonium hic producitur favens opi-
 nioni dicentium, Constantinum sub vitæ finem fu-
 isse baptizatum. Verum præpositus titulus:
 Acta Sincera, non est testis omni exceptione ma-
 jor, omnia vera esse, quæ ibidem continentur;
 deinde sub nomine Sacri Fœderis accipi possunt
 ultima Sacramenta, præsertim Eucharistia, quæ
 novi Fœderis Sigillum est, & Pignus. Calix*
Novi Testamenti.

byteri Eugenius, & Macarius numeran-
 tur, quos publice in Oasin relegatos, se-
 creto occidi iussit; hoc exploratum est,
 plurimos tacitæ noctis tenebris necatos,
 eorumque cadavera in Orontem projecta,
 tanto numero, ut fluminis alveus arctare-
 tur. Post aliquod tempus in secretissi-
 mis Palatii angulis, in puteis, & profun-
 dis fossis infantum corpora utriusque se-
 xus, ad usum operationum magicarum
 dissecta, aliorumque, fidei causa interem-
 ptorum, inventa sunt. Necdum in istis
 vindictæ cupiditas ob templi Daphnes
 incendium stetit, nam cum Imperatori
 fuisset relatum, in honorem Martyrum
 prope templum Apollinis Didimei ante
 portas civitatis Miletanæ Ecclesias fuisse
 exstructas, ad Præsidentem Cariæ scripsit,
 quod si tectum jam esset superimpositum,
 atque sacra adesset mensa, flammis subje-
 ctis combureret, si ædificium necdum es-
 set consummatum, illud a fundamentis
 destrui juberet. Hæc Julianus in ultio-
 nem illius, quod apud Antiochiam factum
 fuerat, mandasse creditur. Hæc perse-
 cutio non nullos fecit apostatas, qualis
 fuit Theotecnus Ecclesiæ Antiochenæ
 Presbyter, & quidam Episcopus nomine
 Hero Thebis in Ægypto oriundus. Am-
 bo libere a fide ad Idololatriam defece-
 runt, ambos Dei vindicta presso pede se-
 cuta est. Theotecnus a vermibus cor-
 rosus,

Sæculum IV.

A. C. 362.

Greg. Naz.

or. 3. p. 91.

Chr. pasch.

an. 363. p.

296. Phi-

lost. VII. c.

13.

Sæculum IV.
A. C. 362.

Sozom. V.
c. 20.

rosus, utroque lumine captus, sibimet-
ipfi linguam dentibus admordens, ani-
mam exhalavit. Hero, in morbum lap-
sus, toto corpore computruit, atque dere-
lictus ab omnibus in publica platea expi-
ravit.

§. XL.

Comitis Juliani exitus.

Impium quoque Comitem Julianum in
Dei promptissime corripuit. Hunc
morbus invalit maxime erubescendus,
nam ex corporis partibus verendis tanta
vermium abundantia pullulabat, ut ex-
hauriri non possent; nullum artis Medici-
cæ remedium relictum est intentatum;
aves occidebantur, magno pretio para-
tæ, quarum adeps læsis partibus applica-
batur, ut vermes extra corpus traheren-
tur, hi vero pertinaciter in carne lateren-
tes, si qua pars sana esset, & viva, acu-
tissimo patientis dolore arrodebant; sum-
ma denique miseria erat, quod excremen-
ta, naturali meatu obstructo, per os egre-
derentur. Uxor ejus Christiana, & pie-
tate eximia, dicebat ad maritum: *laudan-
dus est tibi JEsus Christus Salvator, qui
inmissa hac calamitate, ostendit potentiam
suam; adhuc nescires, quem offenderis, si
consueta sua patientia tua scelera toleras-
set.* Comes Julianus uxoris sermonibus
& propriis ærumnis permotus, Imperato-
rem

rem rogavit, ut Christianis Ecclesiam re-
stitueret, sed obtinere non potuit, atque
sicut erat, in miserabili statu migravit e
vita. Felix similiter, ærario Præfectus,
vindicis Dei manus non effugit; subita
morte paulo ante Comitem Julianum diu,
noctunque sanguinem per os evomens, sub-
latus est. Duorum virorum triste fatum
in pessimum omen Idololatræ traxe-
runt, cumque in inscriptionibus publicis,
ad Imperatoris honorem positis, hæc tria
verba latina legerent: Felix. Julianus.
Augustus. Imperatorem, quem vox Au-
gustus designaret, priores duos brevi se-
cuturum, augurabantur. Ipsum Impera-
torem sinistrum omen terruit. Tunc age-
batur initium anni 363. quo se ipsum
Consulem quarto, & secum Salustium
Galliarum Præfectum edixit.

§. XLI.

Imperatorem Antiocheni oderunt.

Odiosum se populo Antiocheno reddi-
derat Imperator Julianus nimio pla-
cendi studio. Mox ut primo urbem in-
traverat, plebs, in Circo conclamans, de
annonæ caritate querebatur; qui com-
meatui civitatis præerant, clarissime Ju-
liano demonstrarunt, annonæ pretium
tunc diminui non posse, sed potius pro-
pter hominum aulam sequentium, & mi-
litum multitudinem oportere, comestibi-
lium

Sæculum IV.

A.C. 362.

Am. XXIII.

c. 1.

Am. XXII.

c. 14.

Julian. Mi-
sopog. p. 108.

109. Liban.

orat. fun. p.

306. Socr.

III. c. 17.

Soz. V. c. 19.

Sæculum IV. A. C. 362. lium pretium augeri; sed inter alia vitia
 Juliani non erat minimum, in concepto
 semel proposito, pertinacia. Ergo suo
 arbitrio quindecim frumenti modiorum
 pretium unum assem aureum posuit, pri-
 musque omnium frumentum in foro ve-
 num exponi iussit, quod suo usui ex Ægy-
 pto advectum fuerat. Civium præcipui
 bona occasione usi, hoc frumentum coe-
 merunt, cumque ipsos frumentum pro-
 prium Antiochiam advehere oportuisset,
 illud majori pretio ruri vendiderunt, at-
 que, mercatoribus dilapsis, brevi tempo-
 re annonæ penuria, & caritas posterior
 major priori fuit. Imperator, indignans
 rei frumentariæ Præpositos in Palatium
 vocatos, & vehementer objurgatos, cari-
 ceri mandat, mox quemque eorum re-
 mittit in domum suam; hac imprudentia
 omnes civitatis ordines offensos voluit,
 divites nempe, quod eos vinculorum
 ignominia affecisset, & plebem, quæ cum
 abundantiam sperasset, panis inopiam pa-
 tiebatur.

Cum Antiochiæ populi proni essent
 ad cavillandum, mores Juliani, & super-
 stitiosum animum irridere cœperunt, ut
 se ulciscerentur. Ajebant, barbam ejus
 egregiam, qua longiorem nemo haberet,
 ducendis staminibus, funibusque necten-
 dis esse aptissimam; eundem, cum mo-
 dicæ esset staturæ, tamen latis humeris, &
 magnis

magnis passibus incedere velle, ut Heroes Sæculum IV.
A. C. 362.
Homeri imitaretur; cœterum Sacrificu-
lo, & Victimario similiorem esse, quam
Principi; tandem querebantur, quod bel- Jul. Misop.
pag. p. 88.
lum inferret Chi, id est, Christo, & mag- 95. 101.
num desiderium amissi Cappa, id est,
Constantii, testabantur, hæc nomina pri-
mis litteris indicantes. His jocis domi,
& in foris publicis delectabantur; fuere,
qui hujusmodi sarcasmos in versus ana-
pæsticos cogèrent.

Sane ridendi materiam quotidie sup- Jul. Misop.
p. 70. Liban.
paneg. pag.
245.
peditabat Julianus. Quadam die in
templo Jovis sacrificavit, deinde in tem-
plo Fortunæ, tum Cereris, & sæpius in
Luco Daphnes. In festo Syriorum rediit
ad templum Jovis Philii, id est, amicitia
Protectoris. Ubi Festum, quod Commu-
ne vocabant, advenit, ad Fortunæ ædes
reversus est; tum, postquam una die, ut
ipse credebat, inauspicata cessasset, rur-
sus vota solemnia Jovi Philio reddidit.
Non minori apud ipsum pretio Pontifi-
cis, quam Imperatoris nomen erat. Quo-
tidie, quod alii singulis mensibus solebant,
faciebat. Solis ortum, & occasum effu-
so victimarum sanguine salutabat. Noctu
etiam nocturnis Dæmonibus sacrificia of-
ferebat. Cum quotidie templa adire re-
rum gerendarum moles prohiberet, Pala- Greg. Naz.
or. 4. p. 101.
tium sibi aut hortus pro templo erat.
Non satis erat Juliano Sacrificulis adsta-

Hist. Eccles. Tom. IV.

I

re,

re, sed manibus suis offerebat, huc, illuc
 que discurrens, jam ligna findebat, jam sa-
 crum ignem oris sui flatu excitabat, suis
 brachiis ferebat victimas, apprehenso cul-
 tro jugulabat, manibus tractabat extracta
 viscera, & cruore diffluentibus digitis
 explorabat. Undique ad ejus Regiam
 convolare conspiciebantur Magi, Sortile-
 gi, Divinatores, omnis generis imposto-
 res. Palatium Cæsareum scatebat opifi-
 cibus sordidissimis, servis fugitivis, ho-
 minibus flagitiosissimis, qui parricidii, &
 veneficii convicti longo tempore in car-
 ceribus, aut metalli fodinis tabuerant.
 tales subita metamorphosi in Hierophan-
 tes, & venerabiles Deorum Pontifices
 mutabantur. Sæpe Imperator Provin-
 ciarum Rectores, aut civitatum Magistra-
 tus inauditos dimittebat, dum interim
 in plateis effæminatorum, & prostibulo-
 rum turba stipatus, cernebatur, equo, &
 Prætorianis procul sequentibus; atque
 ista hominum sæx, in cachinnos effusa
 digna moribus suis, nempe propudiosa
 effutiebatur. S. Chrysostomus, qui ista post
 viginti annos narrabat, suspicabatur, ægre
 se fidem facturum, hinc omnes suos au-
 ditores testes appellat. Cæterum cultus,
 quem exhibebat Julianus Veneri, Cybele,
 & aliis hujus fursuris Numinibus
 causa erat, ut eum perditorum hominum
 colluvies circumdaret; turpitudines in
 aliis

Sæculum IV.
 A. C. 362.

Julianus
 Apostata.

Chryf. 2. in
 S. Babylam
 to. 5. p. 459.

ibid. 469.
 p. 37.

Am. XXV.
 6. 4.

aliis Religionis reverentia tolerabat, Sæculum IV. A. C. 362.
 ipsum enim lasciviæ Christiani non accu-
 sant, & Gentiles ab hac labe innocentem
 defendunt; ex illis quidem verbis, ubi *Misopog.*
 de se ipso dicit, quod plerisque noctibus *p. 69.*
 solus dormiat, nam uxor defuncta erat,
 conjici debet, ipsi fuisse concubinam; at
 hoc inter Gentiles nemini vitio verteba-
 tur. Parce edebat, dormiebatque ma-
 jorem noctis partem Musis impendens.
 Philosophiam profitebatur austeram, quæ
 delicias, & corporis curam contemne-
 bat. Spectacula damnabat, nec nisi
 perfunctorie, quantumque Religio, &
 Summa ejus Dignitas postulabat, assiste-
 bat; & quia Antiochia urbs erat, deliciis *Misopog.*
 dedita, quas ipse aversabatur, huic aver- *59. 60.*
 sioni adscribebat odium, quo ipsum An-
 tiocheni prosequabantur.

§. XLII.

Misopogon.

Julianus Antiochenorum irrisiones im- *Greg. Naz.*
 patientissime tulit, necdum enim tan- *4. p. 121.*
 tum in eo Philosophia profecerat, ut pas- *Am. XXII.*
 sionibus, præsertim iræ, moderaretur. *c. 14. Socr.*
III. c. 17.
 Cum jus diceret, Palatium ejus clamori-
 bus resonabat, ut potius reus, vel actor
 irritatus, quam judex esse videretur. Cum
 non nunquam homines agrestes, gratiam
 petitori, publice ad eum accederent, eo-
 rum rusticitate offensus, miseros pugnis,
 calci-

Sæculum IV. calcibusque percussos repulit, agentes-
A. C. 362. que Diis gratias, quod vitam non ademiseret. Primo iracundiæ motu varia mala urbi Antiochenæ intentavit, dicens, se nunquam imposterum pedem in hanc civitatem illaturum, sed expeditione finita constantem Sedem Tarfi in Cilicia fixurum; at mutata mente vindictam de Antiochenis vere Philosophicam sumpsit, & in eos Satyram composuit, fecitque publicæ lucis, Misopogon dictam, quæ vox græce significat Barbæ adversarium. Est hoc scriptum ironia perpetua, ubi in se ipsum ludere simulans, & nævos fateri, revera Antiochenorum mores cavillatur, & eorum vitia omnia exprobrat, sæpe *Misopog.* *p. 66. Pagi* *an. 362. p. 6.* majora vero exaggerans, quod & ipse Ammianus agnoscit. Hanc Satyram concinnavit anno 363. mense septimo postquam Antiochiam advenisset.

Negari non potest, ex hoc scripto apparere, fertilissimum fuisse Juliano ingenium, sed, quas affert, facetiæ ad modernorum palatum non sunt, dumque de se dicit, non habere indolem ad jocos factam, verius forte, quam ipse putet, dicit. Initio in barbam suam ludit, & animalcula, quæ in ea spatiantur, deinde in caput impexum, ungues prominentes, sordidas manus, & pectus hispidum; inde ad vitam suam duram transgreditur, odium spectaculorum, vigiliæ, sobrietatem,

tem, eaque cum deliciis comparat urbis Sæculum IV.
 Antiochenæ, *in qua*, inquit: *plures mi-* A. C. 362.
mos, quam cives numerare est. Effrenem p. 88.
 libertatis cupiditatem redarguit, quod Misop. p.
 que obedire legibus detrectarent, Magi- 67.
 stratibus, imo & Diis rebelles; quorum
 civitas repleta esset hominibus, qui eos
 ignorarent; qui secum officii causa ma-
 gis, quam Deorum amore ad templa ac-
 cederent, nec congruam loco modestiam,
 nec silentium tenere. p. 71. Econtra suo testi-
 monio Athenienses laudat, quod populo- p. 74.
 rum nullus majori pietate in Deos, aut p. 89. 90.
 humanitate in hospites esset. Antioche-
 nis vitio vertit, quod Jesum Christum
 ament, in Deum Tutelarem elegerint,
 eique Jovem, Apollinem, & Calliopem
 postponant. Queritur, quod anus eo-
 rum coram sepulchris in genua se demit-
 tant, & vota faciant, ut ab ipsius Regno
 liberentur; (*) his verbis Julianus Mar-
 tyrum

I 3

tyrum

(*) Clarissimum de Cultu, & Invocatione San-
 ctorum contra Protestantes testimonium. Dicit
 quidem ad similia Interpres noster: *Da sieht*
man den Anfang des Verderbens. Sed falso,
 & imperite dicit. Nam Cultus, & Invocatio SS.
 Martyrum non in unum angulum, in unam Civi-
 tatem, clam aut timide irrepit, sed aperte, ubi-
 que locorum in primis statim Sæculis, scientibus,
 eumque promoventibus Ecclesiarum Pastoribus
 viguit, quod ex Historia Ecclesiastica liquet. Ne-
 me

Sæculum IV. tyrum cultum indicat. *Deinde, vester*
A. C. 362. *populus, inquit: odit me, nempe, quia*
ad Atheismum defecit, me vero Patrum
nostrorum Religioni addictissimum videt.
Irascentur mihi divites, quia dum cariori,
quam fas est, pretio vendere frumenta
prohibeo, avaritiæ eorum frænum injicio.
Omnes avertantur, amore saliorum, &
spectaculorum a quibus tamen neminem ar-
ceo, sed quod videant, me istis minus, quam
vana-

mo ergo erat, qui Fideles exitialem in Fide errorem dedoceret, non esse Hominibus tribuendum honorem, qui in Dei contumeliam cederet! nemo, qui Religionis a Christo JESU fundatæ Ruinam amoliretur; quippe vocabulum, quo Interpretres noster utitur, das Verderben, non qualemcunque errorem, sed perniciem significat. Et hæc ultra decem Sæcula! ubi Promissum JESU Christi? Et portæ Inferi non prævalebunt adversus eam.

Matth. 16.

Dantur & hodie hinc inde in Cultu Sanctorum abusus, quod ex Epistola Pastoralis Archiepiscopi Viennensis Joannis Josephi de Trautson anno 1752. data dignoscitur, sed prudentes, & bene instituti Catholici, refragantur, repugnant Episcopi, & hos abusus tollere adnituntur. Moderatum vero SS. Cultum, & Invocationem per Merita JESU Christi, qualis hodieque viget, nemo in Antiquitate damnavit; imo Deus id sibi gratissimum esse sæpissime editis prodigiis manifestavit. Dicit Interpretres noster Protestans: *Wir verachten keine fromme Leute. Bene! der Groß-Sultan auch nicht.*

vanarum in palustribus coaxantium stre- Sæculum IV.
 pitu delectari. Urbes vicinas, Diis Sa- A. C. 362.
 cras, iisdemque mecum servientes calum-
 niati estis, dum, quæ contra me scripta p. 95.
 fuere, eos composuisse, falso accusastis.
 Scio autem, quod his civitatibus charior
 sim propriis filiis; nam ad nutum meum
 Deorum templa restaurarunt, impiorum
 sepulchra everterunt, & cum cives illi
 magno animo sint, Deorum hostes, ultra
 quam volebam, persecuti sunt. Queritur
 etiam de incendio templi Daphnes, cu-
 jus auctores fuisse Christianos dicit, &
 subjungit: jam ante incendium me non
 latebat, desertum esse a Deo Templum, hoc
 enim ex ipsius statua, prima, qua illuc in-
 gressus sum, vice intellexeram, cujus rei
 contra incredulos Maximum Solem in te- Sup. §. 15.
 stem voco.

§. XLIII.

Miracula in templo Jerosolymitano.

Julianus in Christianorum odium Judæis *Jul. epist.*
 Javebat, quædam tributa ab istis exi- 25
 gi solita, remisit, & combussit tabulas,
 hujus rei invidia in Christianos Constan-
 tii domesticos rejecta. Imo Judæorum
 Patriarcham Julium, quem fratrem suum
 admodum Venerabilem appellat, hortat-
 us est, ut prohiberet, ne Apostoli eo-
 rum a populo certas exactiones peterent; *Sup. l. XI.*
 hæc quidem omnia in hunc finem, ut Ju- §. 35.
 dæi

Sæculum IV.
A. C. 362.

daï in peragendis ad Deum auctorem universi precibus pro felicitate Regni ejus obtinenda nullatenus turbarentur, & Cæsar a bello Persico redux in Sancta Civitate Jerusalem cum ipsis habitare possit; ait enim longo se teneri desiderio hanc urbem rursus excitandi, ibique laudes, & Gloriam Supremi Entis celebrandi. Hæc fuit summa epistolæ, quam ad Judæorum Rempublicam scripsit.

Omnino Judæis Jerosolymam iterum ædificare pollicitus fuerat. Cum Sacrificiis quibuscunque summopere delectantur, congregatis Judæorum Primatibus, quæsierat, quare non sacrificarent, quod tamen lege eorum esset præceptum? responderunt, nullibi licere sacrificare, quam Jerosolymæ; ergo spondet, se eorum templum ex cineribus suscitaturum; Judæi ingenti gaudio hæc promissa excipientes, tempus Redemptionis suæ ad-

venisse putabant. Sed & aliud in hoc proposito & nequissimum Juliani erat consilium; oracula nempe Prophetarum eludere cogitabat, tam illud Danielis, quo prædicitur, usque ad consummationem, & finem perseveraturam desolationem, quam illud Jesu Christi, lapidem super lapidem non remansurum. Ergo celeberrimi nominis artificibus undique convocatis, Alipium ex charissimis amicis delectum maximo operi præfecit, jussum,

Ruf. 1. hist. c. 27. Theod. III. hist. c. 20. Socr. III. c. 20. Soz. V. c. 22. Dan. 9. 27. Matth. 23. 1. Greg. Naz. or. 3. p. 3.

sum, ut nullis parceret sumptibus, & rem Sæculum IV.
A. C. 362.
fine mora aggrediretur. Judæi ex omni
Regione Jerosolymam confluere, Chri-
stianis insultare, ultima intolerabili inso-
lencia minari, quasi tempus adesset, quo
eorum Regnum esset restituendum. Uxo-
res eorum ornamenta pretiosissima ultro
dabant, ut quidquam ex suo ad expensas
tanti operis contribuerent, manu mulie- Theod. ibid.
bri laborabant, terramque ad ædificium
reducta toga inferebant. Ajunt etiam
ad piissimi operis usum pellas, cophinos, Ruf. ibid.
& ligones unidentes ex argento fuisse a Socr. ibid.
Judæis præparatos. S. Cyrillus Jeroso-
lymitanus Episcopus, ab exilio redux,
tranquillo animo omnes hos apparatus
spectabat, atque in Prophetiarum veri-
tate infallibili confidebat, affirmans, jam
Divinæ promissionis effectum coram om-
nium oculis manifestandum.

Cum fundamenta foderent, primæ Philost. VII.
c. 14.
magnitudinis lapis, loco dimotus, ostium
cavernæ, in rupe excisæ, aperuit; illuc
operariorum unum, funi alligatum, de-
mittunt, ipse ubi fundum attigit, sensit,
aquam ad media crura ascendere, tum
manibus omnia explorans, in columna,
quæ paululum supra aquam eminebat, li-
brum, subtilissimo linteo involutum, in-
venit, hunc arripit, datque signum, ut a Templum
Jerosolymi-
tanum.
fociis extraheretur; omnes, qui librum
conspiciebant, mirabantur, quod in loco
I s humido

Sæculum IV. humido ita illæsus servari potuisset, at in
 A. C. 362. immensum crevit admiratio præsertim
 Gentilium, & Judæorum, cum libro aper-
 to magnis litteris scripta hæc verba le-
 gerent: *In Principio erat Verbum, &
 Verbum erat apud Deum.* Et reliqua.
 Quippe totum S. Joannis Evangelium
 erat descriptum.

Cum Alipius opus vehementer urge-
 ret, Provinciæ Rectore strenue adjuvan-
 te, ecce! terribiles flammæ globi
 prope fundamenta frequenter erumpen-
 tes, consumptis sæpius operis, locum
 omnibus inaccessibilem reddidere, &
 quia ignis in accedentes grassari non ces-
 sabat, ab incepto desistere coacti sunt.
 Hæc ita refert Ammianus Marcellinus
 Historicus coævus, & Gentilis, qui quam
 infensus Christianis, tam pronus ad adu-
 landum Juliano fuit. Idem prodigium
 testantur Christiani, & sequentes circum-
 stantias adjungunt; hoc portentum illa
 nocte videri cœpit, destinatum diem præ-
 cedente, qua præparato jam, & purgato
 loco, muros erigere statuerant. Super-
 venit ingens terræ motus, qui lapidibus
 fundamenti procul, & in diversa disje-
 ctis, ferme omnia illius loci ædificia ever-
 tit, atque inter alia, publicos porticus,
 quos plurimi Judæi, urbem ædificaturi,
 interim in sedem elegerant. Multi in
 illo concussu oppressi, alii omnes saltem
 aliquo

Amb. ep. 40.

n. 12. Ruf. I.

c. 38.

Socr. III.

c. 20.

Sozom. V.

c. ult.

aliquo membrorum capti. Exorti sub-
 to ventorum turbines præparatam fabur-
 cam, calcem, rerumque congestarum im-
 mensos cumulos abstulerunt. Malleos,
 forcipes, ferras, aliaque utensilia in quo-
 dam loco ad imam templi partem de-
 fossa, ignis devoravit; ubi illuxit, accur-
 rentibus Judæis, ut, quæ noctu turbata
 fuissent, viderent, ex eodem loco effu-
 sus est torrens igneus, qui in mediam us-
 que aream progressus, combustis, suffo-
 catisque, quotquot ibi erant, Judæis, huc,
 illucque discurrit. Sæpius per totam il-
 lam diem ignis illinc erumpere visus;
 nocte sequenti Judæi omnes lucidas cru-
 ces in suis vestibis conspexerunt, quas
 nulla ratione delere poterant. In cælo
 quoque splendescens crux apparuit. Ju-
 dæi nihilominus tam urbis desiderio,
 quam Cæsaris mandatis impulsæ destina-
 tum opus tentabant, sed idem sæpius
 molientes semper prodigiosi ignes arcue-
 runt. Nullum miraculum luculentius
 isto probatum legimus; hinc etiam mul-
 ti Gentiles, Judæique commoti, & Jesu
 Christi Divinitatem agnoscentes, bap-
 tizari petierunt.

§. XVIV.

Julianus in Persas movet.

Julianus Imperator tota hieme necessa-
 ria ad bellum Persicum disposuerat. Nul-

Sæculum IV.

A. C. 363.

Theod. III.

c. 20.

Theod. III.

c. 21.

Nul-

Sæculum IV.

A. C. 363.

Nullum oraculum fuit, quod non confu-
 luisset, inter alia Delphicum, Delium, &
 Dodonæum; singula promittebant victo-
 riam. Unum inter cætera responsum
 ediderat singulare; nempe Dii omnes,
 & singuli sanctissime affirmabant, se jam
 cum omnibus Collegis, Gradivo Duce,
 expeditionem suscipere, ut Trophæa Ju-
 liano pararent in ora fluminis, quod fera
 Belluæ nomen gereret, nempe Tigris.
 Libri tamen Sibyllini, quos Romæ consu-
 li jusserat, Julianum finibus Imperii sui
 egredi vetabant; toto itinere pessimi au-
 gurii signis terreri debuisset, quæ, repug-
 nante illa ipsa, quam ita impense cole-
 bat, Religione, contempserat; atque in re
 tanta potior ei Philosophorum, e quorum
 arbitrio pendeat, quam hariolorum sen-
 tentia fuit. Quædam nationes belli au-
 xilia sua sponte offerebant; ipse Legatos
 quidem comiter habuit, at opem promissa
 respuit, inquiens; Romani Imperii
 Dignitatis esse, exteris nationibus auxi-
 lium ferre, non accipere. Saracenos
 durius repulit; nam cum quererentur,
 quod stipulata sibi pensiones non daren-
 tur, respondit; Imperatori bellum ge-
 renti ferrum esse, quod militibus distri-
 bueret, non aurum. Igitur, habentes
 defectionis obtentum, pro Persis milita-
 runt. Scripsit tamen Julianus ad Arsa-
 cem, Armeniæ Regem, Romanis foedere
 junctum

Soz. VI.
c. I.

junctum, jubens, ut paratum haberet Sæculum IV.
 agmen, quod, quamprimum moneretur, A. C. 363.
 iter ingredi posset. In illa epistola se
 ipsum Imperatorem Belli maximum, Deo-
 rumque amicum insana ostentatione di-
 cit, e contra Constantii Prædecessoris sui
 ignaviam, & impietatem vituperat. Sci-
 ens quod Arfaces esset Christianus, stu-
 diose Jesum Christum blasphemabat, *cu-
 jus tutela*, inquebat: *nihil tibi prode-
 vit, si mandata mea neglexeris.* Ubique
 vota pro felici armorum ejus successu
 concipiebantur; nihilque ipsi erat anti-
 quius, quam Diis promittere, se Christia-
 nos exterminaturum, si hostium victo-
 rem redire dedissent. Bello externo fi-
 nem imponere festinabat, ut se totum
 deinde abolendo nomini Christiano pos-
 set impendere. Inter cœtera proposi- Oros. l. VII.
 tum sibi habebat, in Ecclesiis Idolum Ve- c. 30. Socr.
 neris collocare, & Jerosolymæ Amphi- II. c. 13.
 Theatrum ædificare, quo Episcopos, &
 Monachos Bestiis traderet. Interim ne,
 belli nervus, pecuniæ deessent, omni-
 bus, qui Idolis sacrificare renuerent, tri-
 butum imperavit, quod summo rigore
 exigebatur.

Juliano consilium erat Persas, tarde in Socr. III.
 hostes movere solitos, inexpectata cele- c. 21.
 ritate occupare, atque, si posset, adven-
 tus sui famam antevertere. Ergo Antio-
 chia jam quinta die Martii anno 363. iter
 ingres-

Sæculum IV. ingressus est, postquam huic urbi quem
 A. C. 363. dam, nomine Alexandrum, præfecerat

Juliani Ex-
 peditio in
 Persas.

Jul. ep. 27.

Amm. 23.
 c. 1.

virum inquietum, & crudelem, dicens
 se quidem non nescire, hunc hominem
 tam ampla Præfectura esse indignum, ac
 cives Antiochenos talem Præfectum esse
 meritos. Discedentem magna popul
 multitudo deducebat, & Senatorum pars
 major eum usque Litarben, quindecim
 leucis Antiochia distantem, comitata est
 profectionem felicem, & reditum glorio
 sum a Diis precata. Antiochenorum co
 mitati inclementer respondit, dicens, eos
 Imperatorem ultra non visuros, & apud
 se statuisse, Tarsi secuturam hyemem
 transigere; & re ipsa, ut omnia ad hye
 mandum ibi parata essent, jusserat. Cœ
 terum reuectus est quidem Tarsum Ju
 lianus, sed mortuus.

Chr. Pasch.
 an. 363. p.
 297.

Cum Cyrum præterveheretur, vidit
 populi turbam ad ostium cavernæ stan
 tem, interroganti, quid rei esset? respon
 detur, esse receptaculum S. Monachi
 Nomine Domitii, ad quem populi mul
 titudo veniret, ut Benedictionem accipe
 ret, & a variis morbis sanaretur. Ju
 lianus, misso referendario, ei dici manda
 vit: *Si ideo in hanc cavernam intrasti,
 ut placeas Deo tuo, ne quæras placere homi
 nibus, sed solus esto.* Domitius respondit:
*postquam Deo corpus, & animam meam
 consecravi, a multo tempore in hunc spe
 cum*

cum secessi, sed populum, qui fide sincera ad me venit, repellere non possum. Tunc Sæculum IV. A. C. 363.

Julianus cavernæ aditum obstrui jussit, Niceph. X. c. 9. Martyr. 5. Jul. 57. Aug. ubi & Menol. ubi vir Sanctus inclusus hoc modo mori compulsus est. Eum Ecclesia inter Martyres honorat.

Julianus, superato Euphrate, & relicta ad sinistram Edessa, quam, quia Christiana Sacra colebat, ingredi noluit, Car-

ras venit, ibique Lunæ sacrificavit, cujus in illa civitate magna Religio erat; tunc Procopium propinquum suum ante aram Deæ accitum, exclusis omnibus, purpura induit, mandans, ut si, fata de vita sua in Persia disposuisse, audivisset, strenue capefferet Imperium. Lunæ templo deinde egressus, portas claudi, suoque anulo signari jussit, appositis custodibus, ne quis hominum usque ad ejus reditum illuc ingrederetur. Cum post hæc, ipso occiso, apertum fuisset Delubrum, inventa est mulier capillis suspensa, extensis manibus, cujus ventrem dissecaverant, ut in ejus jecore signa victoriæ scrutarentur. Nisibin ingressus, S. Jacobi illius civitatis Episcopi, quem incolæ Patronum colebant, Reliquias auferri jussit; eas Constantius, ita præcipiente Patre Constantino, illuc illatas deposuerat. Credidere cives, in hujus Sacrilegii poenam accidisse, ut eorum civitas Romano Imperio eriperetur, namque statim

Gennad. Catalog. n. 1. Sup. XIII. §. 2.

Sæculum IV. tim post Juliani cladem Persis in prædam
A. C. 363. cessit.

§. XLV.

*Juliani scripta contra Religionem
Christianam.*

Socr. III. c. 23. Hier. ep. 84. ad Magn. Cyrill. præf. in Jul. p. 2. In illo itinere Julianus magnum suum opus in Religionem Catholicam scripsit, longarum illo anni tempore noctium beneficio usus. Hunc librum Libanius

potiori loco, quam ipsius Porphyrii scripta habebat. In septem libros dividebatur opus, aut juxta alios in tres. S. Cyrillus Alexandrinus hujus operis magnam partem nobis consignavit, nempe quam in edita responsione inseruit. Verosimile est Maximum, aliosque Philosophos, individuos Juliani comites, operam contulisse, atque fortissimas contra Religionem Christianam objectiones collegisse, quibus Imperatoris Juliani nomen aucto-

Sup. l. VII. §. 16. Sup. l. X. §. 4. ap. Cyrill. to. 6. l. II. p. 39. ritatem commodaret. In illis pleraque illa argumenta inveniuntur, quæ Celsus produxerat, & quæ Origenes diluerat, itemque illa, quæ Eusebius in Præparatione Evangelica refutaverat. Juliani opus incipiebat in hunc modum: *Visus sum mihi optime facturum, si ante omnium oculos ponerem argumenta, quibus mihi persuasum est, Galileorum Sectam esse inventum humanum, eique nihil Divinum inesse, sed ad abutendum portione credula,*

Et puerili, animæ maligne confictam, quæ pro veritate fabulas venditet portentosas. Sæculum IV. A. C. 363.

Imprimis lectores moneo, ut, si mihi respondere velint, nihil, quod ad rem non facit, afferant, sed secundum juris ordinem procedant, Et argumenta non retorqueant, priusquam ad primas, quas profero, accusationes se ipsos defenderint. ibid. p. 41.

Ideo Julianus retorsionibus ita sollicitè præcavet, quod sciret, quanta argumentorum vi Paganismi cum sana ratione pugnam demonstrare Christiani solerent.

Post hoc proloquium materiam ag- ibid. p. 42.

greditur, dicitque, quod statim Græcorum opiniones de Divinitate cum opinionibus Hebræorum conferre velit, & deinde ex Galilæis quærere, quare Doctrinam

Hebræorum potius, quam Græcorum ele- Lib. VI. p. 202. p. 238.

gerint, & rursus rejecta Hebræorum Doctrina viam singularem secuti sint, de his, & de aliis, quod deterius est, retinentes, scilicet de Hebræis Deorum contemptum, & de Græcis neglectum caeremoniarum?

vult dicere, quod Christiani escharum distinctionem, & purificationum Judaicarum usum abstulerint. In decursu operis maxime huic objectioni insistit, & sæ-

pe Christianos redarguit, quod circumci- Lib. VII. p. 238.

sionem, aliasque Legis Mosaicæ caeremonias aboleverint; hæ caeremoniæ magno

pretio apud Julianum erant, quod cum Lib. IX. p. 305. 314. Lib. X. p. 351.

caeremoniis Ægyptiorum, & Pythagori-

Hist. Eccles. Tom. IV.

K

CO-

Sæculum IV. corum, quos homines ipse valde admira-
 A. C. 363. batur, quamdam affinitatem haberent.

Eodem ex capite in Christianis reprehendit, quod animalium Sacrificia non offerant, quamvis a Lege Divina essent præcepta, & olim a Patriarchis observata.

p. 354. 356.
 358.

In hoc Juliani opere quædam testimonia Catholicæ fidei faventia notari possunt, eo validiora, quo minus sunt suspecta. Postquam satis laudavit res maximas, quas a Diis suis, & Heroibus gestas putat, subjungit: *Trecenti anni sunt,*

L. VI. p. 191.

ex quo propter aliqua miracula, quibus fidem hominibus fecit, Nomen Jesu celeberrimum est, cum tamen toto, quo vixit tempore, nihil memoria dignum egerit, nisi forte rerum præclare gestarum loco adduxeris, quod claudos, & cæcos sanaverit, aut in oppidis Betsaida, & Bethania a Demone obsessos adjuraverit. Hic manifeste Julianus Apostata horum miraculorum veritatem agnoscit, quo posito, parum

L. V. p. 159.

L. IX. p. 290.

Liber Juliani
 contra Relig.
 Catholicam.

interest, an ista in ipsius oculis maxima, vel vilia videantur. Ipse Julianus etiam testis est, Christianos (*) Filium Dei adorasse, cum hoc ipsis objiciat tanquam crimen,

(*) Interpres Protestantus posuit: daß einige den Sohn Gottes anbeteten: & post 4. Lines negare Christianos, daß sie (die Christen) nicht einig wären. Das sind Worte genug. Post lines aliquot in hac pagina novus error. In hoc libro occur-

men, quasi alium Deum, quam Patrem Sæculum IV. A. C. 363.
 adorandi præceptum transgrederentur, Lib. VIII. p. 262.
 quamvis ipse fateatur, negare Christianos, a se duos vel tres Deos adorari. In
 eodem loco testis est locupletissimus, Mariam a Christianis jugiter appellari Matrem Dei, *Theotocon*, quod alibi etiam pag. 276.
 repetit; hoc autem propter ea, quæ in historia nostra sequentur, notari meretur. Ipso iudice S. Joannes Evangelista Lib. VI. p. 213.
 primus clare de Jesu Christi Divinitate locutus est, & in hunc modum declamat in Christianos: Lib. X. p. 327.
in tantam miseriam delapsi estis, ut ea ipsa, quæ vos Apostoli docuerant, non tenueritis; qui vero secuti sunt, multo profundius in impietatis abyssum vos demerserunt; etenim nec Paulus, nec Matthæus, nec Lucas, nec Marcus dicere ausi sunt, Jesum fuisse Deum, sed bonus vir, Joannes videns, jam plurimas urbes in Græcia, & in Italia hac insania laborare, audiens quoque, ut ego opinor, quod sepulchris Petri, & Pauli, quamvis occulte, a multis magnus honor haberetur, id omnium primus affirmare non erubuit, & postquam pauca de Joanne Baptista scripsit,

K 2

occurrunt adhuc alii quatuor errores minorum gentium, quos non memoro. Item sæpe vocem: Sanctus ante Nomen Personæ omittit. Rursus aliqua omisit, & in fine hujus Libri integrum paragraphum.

Sæculum IV. *psit, redit ad Verbum, quod annuntiat, di-*
A. C. 363. *citque: Verbum Caro factum est, & ha-*
bitavit in nobis. Ergo hic Julianus fa-
 tetur, S. Joannem clare Jesu Christi Di-
 vinitatem docere, quod iterum inferius
 expresse agnoscit.

p. 333. Hoc quoque Julianus concedit, quod
 jam tempore S. Joannis aliorum Apосто-
 lorum sepulchris honor exhibitus fuerit;
 & in quibusdam locis de hoc cultu que-
 ritur, quo Christiani mortuos, id est, Mar-

Lib. VI. p. tyres prosequabantur; *At, si saltem, in-*
201. *quit: a nobis deficientes, ad Hebræos tran-*
sissetis, minus malum elegissetis; tunc enim
loco multorum unum Deum adoraretis, non
vero unum hominem, aut potius multos mi-
serrimos homines. Et alibi dum de Jesu

Lib. X. p. Christi adoratione loquitur, inquit: *Hu-*
335. *jus mali auctor Joannes fuit, verum, quis*
satis detestari valeat, illud, quod tempore
posteriori excogitastis, dum ad prisca illius
mortui cultum multorum novorum mor-
tuorum cultum addidistis? omnia Sepul-
chris, & monumentis implestis, cum ta-
men nullam habeatis legem, adeunda esse
p. 339. *sepulchra, ibique prostrato corpore mor-*
tuos adorandos. () Inferius tamen*
 agnoscit,

(*) Ecce Julianus sua ætate Christianis obji-
 ciebat, quod aliqui ex Protestantibus rudioribus
 hodieque nobis exprobrant: sed nempe Ape-
 stata fuit.

agnoscit, hanc traditionem ab Apostolis esse profectam, putatque, hunc mortuis cultum cujusdam magicæ operationis causa tribui a Christianis, quia nempe non alia ratione defunctis quemquam honorem exhibere solebant Pagani. Denique, constat Christianos tali cultu defunctos, quos Sanctos credebant, fuisse veneratos, qui Gentilibus adorationis species videri potuerit. Julianus Christianis etiam cultum Crucis exprobrat; nam dum de illo clypeo loquitur, quod Romanis Ancile dicebatur, atque de Cælo Regi Numæ missum credebant, exclamat: *Hoc cum ita sit, Mortalium perditissimi! cum, inquam, hoc scutum cæleste apud vos haberetis, quod vobis Jupiter maximus, aut Mars, generis vestri Auctor, miserat, ut vobis, & urbi vestræ tutela perpetuæ pignus esset, cumque illud honorare, & venerari oportuisset, lignum Crucis adoratis, & infame signum frontibus vestris, & domibus imprimitis! nescio, per Jovem! an magis sapientioribus inter vos irascar, an potius simpliciorum miserear, quos, dum persuasistis, ut a Diis immortalibus deficiant, & ad illum mortuum, a Judæis crucifixum, transfugiant, in ultimam perniciem impulistis.*

Nulla re magis Gentiles offendebantur, quam cultu Martyrum, & eorum Reliquiarum, utpote qui cadavera & sepulchra

Sæculum IV.
A. C. 363.

Lib. VI. p.
194.

Sæculum IV. inter immunda, & nefanda habebant, quamvis hæc Religionis eorum partem conficerent, nam Deos Manes, & infernos colebant. Hinc noctu tantum fas esse exequias agere existimabant. Hoc

L. 5. Cod. Theod. de Sepulch. viol. v. ibi Gothofr. ipsum Julianus anno 363. antequam Antiochia proficisceretur, duodecima Februarii, edita lege statuit. Initio prohibet, ne quid de monumentorum ornamenti auferatur, quibus ea non nulli spoliabant, ut in aulas domorum suarum, & porticus inferrent; hoc raptu Julianus Religioni Manium injuriam fieri arbitratur. Alium quoque abusum, ut maxime periculosum, reprobatur, quod clara diei luce per medium populum cadavera ad sepulturam deportentur, quod, inquit, oculos inauspicato aspectu funestat. *An enim fieri possit, ut felix sequatur dies, si ducendo funus capta fuerit? quis deinde ita pollutus ad Deos, ad templa accedere audeat? dolor secretum postulat, & defunctorum nihil interest, die an nocte sepeliantur. Ergo ceremoniæ funebres oculis multitudinis subtrahantur; dolor propinquorum exequias decet, non pompa, & ostentatio.* Nullus est admirationi locus, si modus funera celebrandi Antiochiæ, urbe pene tota Christiana, adeo Juliano displicuerit.

§. XLVI.

Sæculum IV.

A. C. 363.

*Alia Juliani Scripta. Et Philosophia
ejus.*Præter fragmenta operis contra Religio- *Epist. 24.*

nem Christianam aliquos sermones, & epistolas Juliani habemus, ex quibus hominis indoles, & qualis fuerit ejus Philosophia deprehenditur. Inter maxime prolixas illa est epistola, quam ad quemdam nomine Serapionem dedit, cum ei centum caricæ Damascenas mitteret. Mediam epistolam laus ficus conficit, per omnes locos communes Rhetoricæ deducta, citata auctoritate Aristophanis, Herodoti, Homeri, Hippocratis, Aristotelis, & Theophrasti. Altera pars laudibus numeri centenarii absolvitur, quæ laudes ex hujus numeri proprietatibus arithmeti-
cis, & Poetarum exemplis confirmantur. Pleræque ejus epistolæ aut ab alicujus Auctoris citatione, aut ingeniosa fabula exordium sumunt. Illæ, quas ad Sophistas dabat, nimis laudibus & assentatione sordent, estque tantus amicitie impetus, ut magis animi levitatem, quam affectum indicet. Verbo omnia Juliani opera ostentationem, ridiculam eruditionem, & superstitionem sapiunt. De Misopogon diximus. Exstant duo sermones in laudem Constantii, non minus quam alia panegyrica adulationibus ple-

Sæculum IV.
A. C. 363.

Liban. orat. ad Athenienses epistola, quæ Seditionis
10. p. 282. a se motæ apologia est. Alia adest Pane-

Liban. orat. vanis Theologiæ ejus Mysteriis repleta;
10. p. 300. hæc ultima unius noctis opus est. Bidui
orat. 6. p. 36. spatium impendit, ut sermonem scriberet
orat. 7.

adversus quemdam Cynicum tepidum, qui vitam commodam inducere tentabat, audebatque damnare Diogenem. Alius sermo habetur contra alium Cynicum, nomine Hermogenem, qui coram Cæsare omiſſa debita reverentia de Diis, fabulisque locutus fuerat. Tandem inter opera ejus primo loco ponendus sermo de Cæsaribus, qui nihil est aliud, quam in Imperatores Prædecessores suos, maxime Constantinum Satyra.

Quod pertinet ad Philosophiam, hanc Julianus ita deperibat, ut etiam illius umbram veneraretur, quod ex ejus sermonibus in Cynicos patet, quamvis solemnitate Professione esset Platonicus. Pædagogum habuerat quemdam Evnuchum, nomine Mardonium, natione Scytham, qui, cum eum ab anno ætatis septimo educasset, magnam de Platone, & Aristotele opinionem indiderat, atque ex tunc mores ejus ad deliciarum contemptum, frugalitatem, & gravitatem philosophicam infor-

Misop. p. 80.
82.

p. 93.
p. 78.
Juliani
Philosophia.

informaverat. Magistros deinde habuit Sæculum IV
 Maximum, & Priscum Discipulos Edesii, A. C. 363.
 qui successerat Jamblico; Jamblicus autem Sup. l. XIII.
 is erat inter illos omnium celeberrimus, §. 16.
 qui Plotini, & Porphyrii traditiones col- Eunap. in
 legerant. Plotinus, ut suo loco diximus, Jambli.
 imprimis Platonis Doctrinam se sequi glo- Sup. l. VII.
 riabatur, sed ei etiam Doctrinam Pytha- §. 59.
 goræ, & antiquorum Ægyptiorum Myste-
 ria admiscebat, atque ita hæc Philosophia
 Theologiæ superstitionem, & fabulas in
 auxilium expirantis Idololatriæ vocabat.
 Philosophia ista prolixè explicata inveni-
 ri potest in Tractatu Jamblici, in quo ob-
 jectionibus difficillimis Porphyrii respon-
 det; nam Porphyrius ejusmodi argumen- Aug. X. ci-
 ta sibimetipsi contra Gentilium Religio- vit. c. 2.
 nem, quam ipse profitebatur, in sua epi-
 stola ad Anebonem Ægyptium solvenda
 proposuerat.

Jamblicus in dicto Tractatu supponit, Jambli. de
 quod probare debuisset, quatuor dari Spi- Myst. Sect.
 rituum species, scilicet Deos, Dæmones, I.
 Heroes, & animas. Dæmonum duas spe-
 cies statuit, bonos, & malos; Angelos
 quoque, Archangelos, Mundi Principes,
 & potestates, quæ materiæ præfunt, ad-
 mittit; hæc omnia ipse sub Dæmonum
 genere comprehendere videtur. Cre-
 dit, omnis generis Spiritus hominibus ap-
 parere, atque signa dare, quibus inter- Sect. 2.
 nosci possint. Credit etiam, per oracu-

K 5 la,

Sæculum IV. la, auguria, aliaque media, quæ inter Ido-
 A. C. 363. lolatras probabantur, Divinationem su-

Sett. 3. pernaturalem dari, cujus asserti rationes
 de congruo affert satis ingeniosas. At

c. 31. optime se distinguere putat pias Religio-

v. Aug. X. nis operationes, quas Græci *Theourgia*
civit. nominabant, ab operationibus magicis,

quas *Goetia* dicebant, atque humanis

c. 9. fraudibus, & malorum Dæmonum impos-

Sett. 5. turis tribuebant. Jamblicus etiam Sa-

crificia explicat, & contra Porphyrium

probat, ea nullatenus Dæmonum pabu-

Sett. 9. lum fieri. Supponit, cuilibet hominum

suum esse Dæmonem, sed negat, hunc

Genium ab influxu astrorum, cujuslibet

hominis nativitati præsentium, attrahi,

sicut illi volebant, qui positis horoscopiis

illudebant humano generi. Cœterum

astrologiam inter scientias certissimas ha-

bet. Paucis omnia; Jamblici opus de

rebus non existentibus speciosissimas ra-

tiones reddit.

Hanc Doctrinam Julianus, avidissime

exceptam, omni contentione sectabatur;

cum esset levis animi, & arcana sciendi

cupidi, magnificis horum Philosophorum

sermonibus, somniis, & præstigiis facile

captus est, namque cum Diis sibi com-

mercium esse, & prodigia edere posse

comminiscebantur; hæc leguntur in Eu-

Aug. V. ci. nupio illius temporis Scriptore Gentili,
vit. c. 21. & illius Chrysanti, a quo Philosophorum

vitas

vitas litteris consignatas habemus, Disci-
 pulo. Ambitio res futuras prænoscenti cu-
 piditate Juliani animum accenderat, cum
 deinde, supra quam sperare potuisset, ad
 Imperium Mundi fuisset evectus, de ora-
 culorum veritate, quæ sibi summam for-
 tem promiserant, Deorumque, sibi faventium,
 tutamine nullus dubitavit; Hinc tantus
 Christianæ Religionis contemptus. Fallacis
 Philosophiæ eo usque tenax erat, *Fragm. p.*
 ut quæ manifeste supra humanas vires *529.*
 fiebant, qualia erant Martyrum constan-
 tia, & Monachorum rigores, malorum
 Dæmonum seductioni tribueret.

§. XLVII.

Juliani cædes.

Carris duæ viæ ducebant in Persarum
 terras, læva una per Adiabenen, qua
 Tigrim trajiciendus erat exercitus, alte-
 ra ad dextram per Assyriam, qua per Eu-
 phratem erat revehendus. Julianus utra-
 que commeatus parari jusserat, & post-
 quam simulato itinere versus Tigrim ali-
 quantum processisset, subito ad dextram
 versus ad Euphratem pervenit, quo etiam
 ejus classis advecta est, mille navibus
 constans, atque omnibus tam ad bellan-
 dum, quam alendum militem necessariis
 instructissima. Multa in hoc itinere ac-
 ciderant, quæ Augures secundum artis
 suæ instituta malum portendere judica-
 bant,

Sæculum IV.
 A. C. 363.

Am. XXIII.
 c. 3.

ibid. c. 5.

Sæculum IV.
A. C. 363.

bant, suadebantque, ut Imperator, si incolumis esse vellet, ultra non progrediretur, at Philosophi, a quorum nutu pendebat Julianus, eorum, quæ sinistre accidebant, causas naturales reddebant, aut si prodigiosa esse faterentur, prout ingenio valebant, ita interpretabantur, ut ea Julianus in felix auspiciam traheret. Is igitur, ubi Assyriam attigit, captis non nullis oppidis, etiam in prælio, quod cum primo occurrentibus Persarum copiis

Id. XXIV. commisit, superior evasit. Utque gratum se Diis exhiberet, statim Marti decem tauros volebat sacrificare, & ecce!

c. 1. 2. &c.
c. 6.

novem antequam ad aram perducerentur, subito corruerunt, decimus, ruptis vinculis, elabatur, cumque non sine magno labore reductus fuisset, & immolatus, exta ejus conspicientibus rem funestam prælagiebant. Julianus indignans, testem invocabat Jovem, nunquam se, quoad viveret, Marti amplius sacrificaturum. Ctesiphontem deinde, amplissimam urbem, progressus, quod longe munitiorem videret, ac ipse crediderat, obsidionem moliri non est ausus, sed quidquid in illa regione usui esse poterat, corruptit. Cum hæc esset rerum facies,

Socr. III.
c. 21. Li. Julianus dupliciter, & gravissime peccavit; primo, quod pacem, melioribus Romanorum, quam Persarum conditionibus a Rege oblatam, recusaverit, secundo, quod

ban. or. fun.
p. 322. 301.

quod classē suam injectis ignibus consumi jufferit. Hi erant fructus nimiae in Maximum Philosophum fiducia, qui prospera omnia praesagebat; hujus oraculi responsis confusus Julianus Alexandrum Macedonem rerum gestarum gloria non aequare modo, sed & superare sperabat, cujus olim defuncti animam in corpus suum transmigrasse credebat, nam inter praecipua ejus Philosophiae dogmata erat Metempsychosis. Ex transfugarum aliquorum consilio ab ora fluminis recessit, quod ut plurimum perangustae essent viae, & continuis Persarum insultibus copiae fatigarentur, sed via breviori in mediam Regionem penetrare tentavit, ita factum, ut tanta classis non solum suo exercitui esset inutilis, sed etiam plurimum auxilii hostes ex ea referre possent; praeterquam quod viginti millia classiariorum ad eam defendendam requirerentur. Haec ergo, Imperatore jubente, contra omnium aliorum sententiam, combusta est; ipse per terras natura quidem fertilissimas ducebat exercitum, at ubi ipsi Persae, ut hosti venienti solitudinem facerent, frumenta omnia, & jumentorum pabula igne consumpserant; ita brevi Romani ad extremam penuriam redacti sunt. Procopius, & Sebastianus, quibus Julianus copiarum partem ad Tigrim tradiderat, cum mandato, ut se strenue seque-

Saeculum IV.
A. C. 363

Am. XXIII,
3. XXIV. 7.

Sæculum IV.
A. C. 363. sequerentur, frustra expectabantur, quia
orta erat inter ipsos Duces divisio. Ne-
que Arsaces Rex Armeniæ, cui copias
suas in Assyriam ducere fuerat impera-
tum, comparebat, quod Regnum suum
sine custodia relinquere nollet. Hæc om-
nia, cum præterea continuis hostium in-
ursionibus infestarentur, militum ani-
mos frangebant.

Am. XXV.
c. 2. Nocte, diem vigesimam sextam Junii
præcedente, Juliano in suo tabernaculo,
ut Julium Cæsarem imitaretur, commen-
tarium scribenti, idem Imperii Genius

Sup. lib.
XIV. §. 34. objectus est, qui ei Parisiis, cum Impera-
tor proclamatus fuit, apparuerat, sed ista
altera vice specie longe diversa, pallidus,
atque capite, & cornu copiarum velato, ex
tapetibus egredi videbatur. Exterritus
est Julianus, sicut deinde amicis suis nar-
ravit, & e lectulo, qui humi stratus erat,
surgens, aliquas libationes ad mitigandos
Deos obtulit, viditque in aere igniculos,
quales interdum de Cælo cadere puta-
mus. Tunc horrore contremiscens, &
iratum sibi Martem timens, ipsa nocte,
nam diem expectare longum fuisset, He-
truscis Aruspices adesse iussit, qui Impera-
tori districte prohibuerunt, ne quid ex
die moveret, ostendentes ei in libris Tar-
quitii, Titulo de rebus Divinis scriptum,
si quis tædas cælestes vidisset, ei a dimi-
catione abstinendum. His Julianus nul-
lam

lam fidem habuit, nec aliquot saltem ho-
 ras exspectare placuit, sed quamprimum
 illuxit, itineri se dedit.

Dum igitur hac die Romani iter pro-
 sequuntur, Persæ copias, quibus agmen
 claudebatur, aggrediuntur; Julianus,
 qui omiſſis armis præceſſerat, ut locorum
 situm exploraret, audito periculo accu-
 rit, arma alia, nisi solum scutum, sumere
 festinatio prohibuit, non enim loriceam
 induit, seu oblivio fuit, seu voluntas vi-
 tandi calorem, qui tunc erat intolerabi-
 lis; illico adest alius nuntius, qui primam
 aciem laborare sub hostium insultu indi-
 cabat, advolat Julianus, repelluntur Per-
 sæ, dumque fugientes terga vertunt, ipse
 brachia tollere, & clamare, ut suos ad per-
 sequendos hostes excitaret, Prætorianis,
 ut sibi caveret, & hoc loco recederet fru-
 stra hortantibus; tum vero telum, quod
 eques Persa intorserat, brachio ejus levi-
 ter perſtricto, per costas penetrans, jecur
 profunde vulneravit. Ipse toto annisu
 jaculum e visceribus extrahere conatus,
 ita ut digitos suos incideret, in equum
 collabitur; celeriter ex acie asportatur;
 Medici, & super omnes fidelis ejus Ori-
 basus, nulli arti, ut Cæsarem juvarent,
 pepercerunt. Primis adhibitis medica-
 centis, non nihil refectus, arma poposcit,
 tum quum, ut in aciem rediret, sed cum
 multum sanguinem perderet, & vires,
 sub-

Sæculum IV.
 A. C. 363.

c. 3. Liban.
 or. fun. p.
 303. 304.
 Juliani
 Imperatoris
 exitus.

Philost. VII.
 c. 15.

Sæculum IV. substitit. Tum interroganti, quomodo
 A. C. 363. locus ille, quo corruisset, vocaretur, re-
 fertur, eum ab accolis dici Phrygiam, quo audito nomine, cujusdam vaticinii
 memor, sibi moriendum esse, non dubi-
 tavit. Adstantibus magnifice loqueba-
 tur, dicens; se quidem libenter mortem
 oppetere, nec omnino rem dignam plan-
 ctu esse, si quis Princeps ad cœlos, &
 astra rediret. Tum aliquantum de nobi-
 litate animæ cum Philosophis Maximo, &
 Prisco collocutus, mediâ nocte reddidit
 spiritum, sexto Calendas Julii, id est, 26.
 Junii hujus anni 363. annos natus trigin-
 ta & unum, octo menses, & dies viginti,
 natus enim erat sexta Nov. anno 331.

Pagi. ann. annum unum, menses octo, & dies vi-
 337. n. 7. ginti tres ab obitu Constantii regna-
 336. n. 5. verat.

Juliani fata narravi, sicut ea Ammia-
 nus Marcellinus, testis præsens, & Liba-
 nius coævus, uterque Gentilis scripse-
 runt; at Libanius hujus cædis invidia
 Christianos onerare conatur. S. Grego-

rius Nazianzenus dicit, Juliani necem
 tam a præsentibus, quam ab absentibus
 diversis modis referri; dicebant aliqui
 ab uno suorum militum fuisse occisum,
 quod postea facinus Persæ Romanis ex-
 probrarunt; alii a morione, qui Persarum
 exercitum sequebatur, alii a quodmi-

Am. XXV. Saraceno interfectum volebant. Hinc
 6. 6. p. 431. Glari

Gregorius adjicit, Julianum jam vulne-
 ratum ad fluvii ripam fuisse deportatum, A. C. 363.
 & voluisse in undas insilire, ut subito ho-
 minum oculis ereptus, Romuli, aliorum-
 que exemplo Deus haberetur, sed ab uno
 Spadonum, cui id consilium suboluit, fu-
 isse impeditum. Theodoretus his, quæ
 narravimus adjungit: *ajunt, Julianum, III. hist.*
quamprimum vulnus accepisset, vola exce-
ptum sanguinem in aerem projecisse, & di-
xisse: vicisti Galilæe! Sozomenus idem
 refert, sed tanquam paucorum narratio-
 nem. Alii dicebant, quod suum sangui-
 nem contra Solem projecisset, expro-
 brans, eum plus justo Persis favere.

§. XLVIII.

Revelationes de morte Juliani.

Plures etiam Revelationes cœlestes nar-
 rabantur, quibus Juliani mors in va-
 riis locis nuntiata est. Quidam Juliani
 Domesticus, in itinere constitutus, ut ad
 eum in Persidem contenderet, cum aliud
 diversorium non esset, in Ecclesia penes
 viam publicam dormivit, ecce autem
 dormienti magnus Apostolorum, & Pro-
 phetarum conventus objicitur, tot mala,
 quæ Imperator Ecclesiæ inferebat, deplo-
 rantium, & quibus modis liberari posset,
 consulentium; postquam diu delibera-
 tum, duo de medio eorum surgentes, cœ-
 teris bono animo esse jussis, abierunt, qua-

Hist. Eccles. Tom. IV.

L

fi

Sæculum IV. si Juliani Tyrannidi finem facturi; ille
 A. C. 363. Domesticus, hujus visionis funestum ti-
 mens eventum, moras traxit, & altera
 etiam nocte in eodem loco cubavit; per
 quietem eandem virorum congregatio-
 nem vidit, & illos duos, qui discesserant,
 subito quasi a via longa redeuntes, cœ-
 teris nuntiare, Julianum fuisse percussum.
 Eadem die Didymus cœcus, Doctor Ec-
 clesiæ Alexandrinæ celeberrimus, cum
 domi suæ Juliani Imperatoris impietatem,
 & Ecclesiarum oppressionem vehementer
 lugeret, illam diem in jejuniis, & oratio-
 ne transegit, nihil omnino cibi volens
 capere; postquam nox advenisset, in sel-
 la, qua forte sedebat, in somnum delapsus,
 cernere sibi visus est, equos candidos per
 aerem decurrere, virosque insedentes
 clamare: *dicite Didymo; hodie hora septi-
 ma Julianus occisus est, surge ergo! co-
 mede, &, qui bonum nuntium Episcopo
 Athanasio ferat, mitte!* Didymus ho-
 ram, diem, mensem, & septimanam no-
 tavit, atque veram fuisse revelationem
 c. 4. eventus ostendit; nam hora noctis septi-
 Theod. III. ma apud nos est hora post mediam noctem
 hist. 24. prima, atque ea ipsa, qua Julianus exspi-
 Philoth. c. ravit. Palladius hanc historiam ex Di-
 2. p. 779. dymi ore didicisse se dicit.

S. Juliano Sabæ magni nominis Soli-
 tario in Osroene, cujus Monasterium plus-
 quam viginti dierum itinere ab Impera-
 toris

toris castris distabat, ejusdem obitus ma-
 nifestatus est. Is sciens, quam atroces
 minas Julianus in Ecclesiam intentasset,
 per decem dies ab oratione non desiste-
 bat, tum subito Discipuli ejus vident Ma-
 gistrum suum lacrymas abstergere, serene-
 num induere vultum, & præter morem
 lætum esse, cum alias semper vultum,
 oculosque ad tristitiæ, & pœnitentiæ spe-
 ciem præferret; dum ergo lætitiæ cau-
 sam exquirunt, ait: *aper furiosus, & im-
 mundus, qui vineam Domini devastabat,
 interfectus jacet.* Mox cantica in gratia-
 rum actionem cecinerunt, & postquam
 de morte Imperatoris allatum fuisset nun-
 tium, eam illo die, & hora accidisse, qua
 S. Seni fuerat revelata, cognoverunt. In-
 ter hujus mortis vaticinia illud quoque
 refertur, quod Grammaticus Christianus
 Antiochenus, & ob eximiam scientiam
 Libanio Sophistæ familiaris, ingeniose re-
 spondit; nam cum Libanius, ut in ejus
 Religionem luderet, quadam die interro-
 gasset: *quid agit modo fabri filius?* re-
 posuit Grammaticus: *facit sandapilam.*

Sæculum IV.
 A. C. 363.

Theod. III.
 hist. 23.
 Soz. VI.
 c. 2.

§. XLIX.

Jovianus Imperator.

Eadem, qua Julianus sublatus est, die, *Am. XXV.*
 nempe mane vigesima septima Junii, *c. 6.*
 anno 363. præcipui Duces convenerunt, *Theod. IV.*
 ut Imperatorem eligerent, extrema quip- *c. 1.*
Greg. Naz.
pe or. 4 p. 117.

L 2

Sæculum IV. A. C. 363. pe urgebat necessitas, ut Ducem haberent, qui ingruentibus omni ex parte hostibus exercitum eriperet. Placuit omnibus Dominum habere Jovianum, Domestichorum, id est, Prætorianorum primum, Comitum Varoniani filium, nobilissimum, & summæ virtutis virum. Is quamvis nunquam primi, aut secundi ordinis Præfectus exercitibus imperasset, tamen eximiam corporis speciem æquante animi magnitudine, omnibus erat notissimus. Tantum cæteris statura eminebat, ut diu, sed frustra vestimenta Cæsarea fuerint conquesta, quæ ipsius corpori possent congruere. Par altitudini erat crassitudo, ideoque paulo graviori erat ingressu, licet non ultra annos triginta duos numeraret. Hilari erat vultu, & cum omnibus se accedentibus joculari amabat; de cætero mitissimi ingenii, & benefici. Animi ad pericula impavidi signa sapissime in bello dederat; non minori constantia Christianam Religionem colebat, quod tunc maxime patuit, quando, ut narravimus, Juliano viriliter restitit.

Sup. 9. Confessor fortissimus. Statim, congesto tribunali, inducitur, Cæsar, Augustus, proclamatur, Purpura, cæterisque Imperii ornamentis induitur; tunc, innata sibi sinceritate, ait: *quia Christianus sum,*

Socr. III. c. 22. *non possum imperare illis, qui sub Juliano servierunt, iisdemque erroribus imbuti sunt,*

sunt; nihil mirum, si exercitus, Dei auxilio destitutus, hostibus in prædam cedit. Sæculum IV. A. C. 363.

Tum milites una voce exclamare: *ne timeas, Domine! Christianis imperabis; qui seniores sunt inter nos, Religionem a Constantino hauserunt, alii a Constantio, qui jam defunctus est, brevissimo Regno, errorem, ne in iis quidem, quos seduxit, stabilire potuit.*

His vocibus lætissimus Jovianus, ad salvandum exercitum, & ex hostili terra educendum, adjecit animum. Post aliquot dierum iter, quibus Romani undique irruentes Persas fortiter repellebant, adsunt a Rege Persarum missi, qui pacem offerebant, quam, iniquis licet conditionibus, ad triginta annos duraturam acceptavit Jovianus; verum enim vero, quid faceret? exercitum omnis annona defecerat, pereundum fuisset, namque ipsi Pagani tam opportune oblatam pacem manifestum Dei auxilium fatebantur. Romani quinque Provinciis ad Tigrim atque urbibus Nisibi, & Singara cesserunt; incolæ emigrare jussi. Nisibitani suis se viribus tueri parati erant, at Jovianus integram pactorum fidem servari voluit, quod ei historici Pagani vitio vertunt, ajuntque fuisse obtentum, quo metum Procopii celaret. Si vero Jovianus Procopium timuit, ea, quæ secuta sunt, non vanum fuisse metum, monstrarunt.

Theod. IV.

c. 2.

Am. XXV.

c. 8.

Eutr. brev.

in fin.

Amm. ibid.

Sæculum IV.
A. C. 363.

§. L.

Juliani Exequiæ.

Am. XXIII. Procopius Julianum sanguinis propin-
cap. 2. & XXV. c. 6. quitate contingebat, partis copiarum
9. Dux, cui Jovianus, ut defuncti corpus
Tarsum in Ciliciam deduceret, in man-
datis dedit, quippe ibi Julianus sibi se-
Philostorg. VIII. c. 1. pulchræ locum delegerat. Sepultus est
Greg. Naz. or. 4. p. 120. prope urbem e regione Sepulchro Maxi-
mini Dajæ adversa, Persecutorum ultimi,
ita ut sola via publica intercederet, quod
tamen casu, non consilio factum. Funus
Gentilium more, sed paucis cæremoniis
depositum. Mortuum in Deorum nu-
merum retulerunt, & templum non pro-
cul ab ejus sepulchro consecrarunt. Non
Lib. or. 10. p. 330. 331. nullæ urbes imaginem ejus, inter sua Ido-
la collocatam, simili honore colebant, &
vota ferebant. Parum absuit, ut quis-
quam eorum, qui ejus mortem nuntia-
runt, lapidibus fuerit obrutus, quod blas-
Id. orat. 9. p. 259. phemiam in Deum immortalem diceret.
Hæc referente Libanio accepimus, qui
or. 9. & 10. p. 327. duas in obitum Juliani orationes compo-
suit; prima brevis est declamatio, qua
tanti viri casum Philosophiæ, & Idolola-
triæ longe tristissimum deplorat; altera
est proluxa, & funebris, per otium con-
cinnata, & post menses decem, & octo
pronuntiata.

Quo

Quo tristiores fuere Gentiles Juliani morte, eo major lætitia Christianos omnes refecit; hanc in rem Gentilium aliquis non inepte ludens, dixit: *qua fronte Christiani affirmant, Deum suum esse injuriarum patientem? imo! nemo promptius, nemo terribilius, quam ipsorum Deus, hostibus suis irascitur; in Juliano nec uno momento temporis vindictam distulit.* Ubi Antiochiæ de Juliani morte relatum est, sponte omnes dies festos agere, & in lætitiã effundi cœpere. Lætantium voces non tantum in Ecclesiis, & Martyrum oratoriis resonabant, sed etiam in Theatris clamabat populus: *jam quid sunt oracula tua, stulte Maxime! nisi putida mendacia? Deus vicit, & Christus ejus!* multo magis vero Juliani memoria omnibus execrationi fuit, postquam in Palatio ejus Antiocheno arcæ calvariis plenæ, & putei cadaveribus repleti, inventi sunt.

§. LI.

S. Gregorii Nazianzeni sermo in Julianum.

In communi lætitiã S. Gregorius Nazianzenus orationes duas composuit, ut afflictos consolaretur, & pusillanimes, quibus prosperitas impiorum scandalo erat, confirmaret; Julianum vivis coloribus depingit, & in laudes Christianæ Religionis

Sæculum IV. nis excurret, ut ostenderet, quam stultum
 A. C. 363. fuerit consilium, hanc Religionem abo-

litam voluisse; admiratur vim Prædica-
 tionis, quæ, cum Gentibus esset stulti-
 tia, tamen Sapientes confudit, & per
 totum terrarum orbem dilatata est. Stupet

p. 77.

fortitudinem Martyrum, cruciatus
 corporum, quasi corporum expertes fuis-
 sent, sustinentium; *Hi sunt, quorum festa
 celebramus, inquit: qui Demones ejiciunt,
 qui ægrotos sanant, qui hominibus appa-
 rent, & prædicunt futura, quorum corpo-
 ribus, sive tangantur, sive honorentur,
 tantum virtutis inest, quantum sanctis eo-
 rum animabus; atque minimæ sanguinis
 guttæ, aut passionis eorum Signo æqualis
 virtus ac ipsis corporibus insidet.* Tum

p. 79.

Monachorum virtutes extollit, quos Phi-
 losophis, Imperatoribus, & Heroibus pro-
 fanæ antiquitatis opponit, &, quantum
 his omnibus viri illi Sancti fortitudine,
 constantia, divitiarum, voluptatum, &
 vitæ ipsius contemptu excellant, demon-
 strat. Tandem exiguum illorum nume-
 rum, qui inter Gentiles doctrina, aut vir-
 tute eminuerunt, comparat cum Christia-
 norum innumerabili multitudine, qui
 utriusque sexus, & omnis conditionis in
 omni habitabili terra illis non modo pa-
 ria, sed & majora perficiant, *non solum,*
*inquit: obscuræ sortis homines, labori, &
 frugalitati assueti, ita vivunt, sed etiam*
 opulen-

opulentissimi, & nobilissimi, qui, ut JE-
sum Christum imitentur, asperrimum, sibi-
que inexpertum vitæ genus amplectuntur;
de nulla re disputant, & perfectionem suam
non in verbis, sed in virtute ponunt.

Ut ulterius ostendat, quam insana
fuerit Juliani molitio, subjungit: non per-
pendebat magnus ille in arte regnandi (si
Diis placet) Magister, superiorum tem-
porum persecutiones ideo Imperatoribus
non fuisse periculosas, quod tunc pauci ve-
ritatem agnoscerent, & necdum Religionis
Catholicæ veritas plurimorum mentibus
illuxisset; hodie vero postquam Doctrina
nostra ita invaluit, ut Christiani numero
Idololatrias longissime superent, Christianæ
Ecclesiæ ruinam moliri non poterat, quin
Romanorum potentiam concuteret, totum-
que Imperium in ultimum discrimen addu-
ceret. Quæ hic S. Gregorius dicit de mo-
dico Christianorum numero sub persecu-
tionibus præcedentibus, intelligi debent
in comparatione prodigiosi incrementi,
quod rebus pacatis sub Constantino, &
Constantio Religio Christi accepit; alias
enim Tertullianus suo jam tempore ja-
ctanter affirmabat, Christianorum nume-
rum absolute fuisse maximum, & ut per-
secutoribus resisterent, satis viribus va-
luisse, nisi Sancti Evangelii præceptis fu-
issent cohibiti.

Sæculum IV.
A. C. 363.

p. 80.

Sermo in
Julianum.

Apol. c. 37.

L 5

Tum

Sæculum IV.

A. C. 363.

p. 95.

p. 102.

Tum S. Gregorius eo magis Julianam
 persecutionem contra jus, fasque excita-
 tam, dicit, quo moderatius Christiani
 prospera fortuna utebantur; *an unquam
 vobis, inquit: pro malis, quæ nobis mis-
 topere intulistis, vices reddidimus? quem
 vestrum jure suo exuimus? in quem populi
 furorem, aut Magistratum iracundiam
 concitavimus? cui vitæ periculum creavimus?
 quem vestrum, si dignus fuit, publicis
 muneribus, & honoribus exclusimus?*
 Ridiculum deinde dicit esse consilium
 quod Juliano in mentem venerat, ut Gen-
 tiles Christianorum usus imitarentur; *ta-
 tæ Christianæ præcepta, inquit, ita nobis
 sunt propria, ut ea imitatione adimpleri
 ab aliis impossibile sit, quia non tam
 hominum prudentia, quam Divina Potentia
 profecta, tempore confirmata sunt.* Et
 inferius, fingens, quæ Julianus cogitave-
 rat, executioni esse data, *sit ergo, inquit:
 Theatrum, magnifice exstructum, conve-
 cetur a Præconibus populus, convenienter
 viri ætate, virtute, nobilitate generis.
 Sapientia profana spectatissimi præsideant,
 Purpura certe, & coronis ornati erunt,
 nam Gentiles Dignitatum signa, eaque om-
 nia, quibus Magnates a vulgo distinguuntur,
 maximi faciunt; an in hac quoque
 re eousque demittere se, & nos imitari nos
 pigebit, ut veram animi magnitudinem
 morum probitate magis, quam in pompæ
 exte-*

exteriori constituent? quæ enim suo splendore oculos hominum attrahunt, vili pretio apud nos sunt; præcipua nobis cura est, animum hominis excolere, & populum, quem instituendum suscepimus, ad cælestia dirigere. Ex his verbis colligi debere videtur, necdum Episcopos, & Presbyteros magnificis ornamentis usos, sed simplicem fuisse, & modicum conventuum Ecclesiasticorum apparatus.

Tum S. Gregorius orationem profectitur in hunc modum: *quid autem postea facietis? nempe oraculorum Divinorum Interpretes in medio vestri apparebunt, libros Theologicos, & Morales aperietis, pro quales libros, & quales Auctores! cantare jubebitis peritos bellissimam Hesiodi Theogoniam, & pugnantes Titanos, Gigantesque, terribilia nomina. Orpheum deinde, & Homerum inducit, atque fabulas absurdissimas, & obscæniſſimas dicendo perstringit. Ostendit, quam ineptæ sint allegoriæ, quibus eas explicare conabantur, nam si alia apud ipsos, inquit: sub his fabulis latet Theologia, ea nobis nuda exponatur, ut eam confutemus; quare vero res impias, gravissimo aspicientium scandalo, in templis, & altaribus populorum oculis objiciunt? si dicant, esse Poetarum inventa, quibus populos fabularum, & Musicæ amœnitatē ad se allicerent, quare his Poetis, Diis suis summam infamiam*

Sæculum IV.
A. C. 363.

Oratio
S. Gregorii
Naz. in Ju-
lianum.

p. 105.

Sæculum IV.
A. C. 363.

miam inferentibus, tantos honores exhibent, a quibus profecto, si quæ esset Deorum reverentia, impietatis pœnas ultimis suppliciiis exposcerent? etiam nobis sunt occulta Mystera, sed quæ foris apparent, honesta sunt omnia, & decora, quæ latent, sunt mirabilia, & prodigiosa; () Religio nostra est pulcherrimum corpus, quod non vili, & spernendo, sed honesto vestimento tegitur; fabularum vestrarum sensus latens incredibilis est, cortex turpis, & exitialis. Postquam satis in Paganorum Theologiam lusit, in Doctrinam eorum Moralem invehitur, monstrans, fabulas primis vitæ rationalis regulis repugnare, cum destruant unionem inter homines, quæ est Societatis civilis fundamentum, & reverentiam erga Parentes, cum non divitiarum contemptum, sed castitatis, & sobrietatis doceant. Deinde Doctrinæ Christianæ his summe contrariæ perfectionem opponit.*

p. 122.

In altera adversus Julianum oratione S. Gregorius vulgares Gentilium in Christianos objectiones indicat in hunc modum: Hæc dicimus nos miseri Galilæi, vi-

(*) In Cœna Protestantium nihil mirabile, nihil prodigiosum. Nam Signum cujuscunque Religionis præstantissimæ, quilibet Princeps instituere potest, & ad ejusmodi institutionem non infinito Jesu Christi in suos amore, non Dei omnipotentia, de qua toties SS. Patres loquuntur, opus fuisset.

ricrucifixi adoratores, piscatorum, & stu- Sæculum IV.
A. C. 363.
pidorum Magistrorum Discipuli; nos, in-

quam! qui cantamus sedentes cum vetulis, p. 123.

longis jejuniis attenuati, fame semi-mor-

tui, noctem inutiliter vigilando transigen-

tes. Et post alia: non alia nobis erant ar- p. 128.

ma, non muri, non propugnacula, quam

sola in Deum spes nostra; omni humana

ope destituti, ostendimus sola Christiano-

rum contra Persecutores suos arma esse ad p. 129.

Deum preces. In fine duo ad Christianos

necessaria subjungit monita; primum

est, ut, castigationibus præteritis, ad suam

emendationem saperent, nec mari tran-

quillo tempestatibus obliviscerentur. Gau-

deamus quidem, inquit: absit autem, ut

lætitiæ nostræ signa sint ornatus corporis,

vestium luxus, epulæ, & ingluvies; cri-

mina vero, quæ post ebrietatem sequi non

ignoratis, nominare verecundia vetat.

Ne, quæso! fora publica, aut domorum

nostrarum vestibula floribus ornemus, nec

lampades accendamus; turpe esset domos no-

stras tibia sonitu, aut mensas pretiosis odo-

ribus debonestari. Ita Gentiles sua Novi-

lunia celebrare solent, nos vero Christia-

nos aliis modis Deo gratias agere oportet,

nempe animæ puritate, lætitiâ interna,

sanctarum cogitationum lumine, unctiõe

Mystica, & mensa spirituali. () Alte-*

rum

(*) Et Mensa Spirituali. His verbis S. Grego-
rius

Sæculum IV. rum ad Fideles monitum est; ne favore
 A. C. 363. te occasione ad vindictam, de Gentilibus

p. 130. 131.

sumendam, utantur, sed mansuetudine
 eos devinciant. *Qui vindictæ cupiditate, inquit: vehementissime æstuat, eos Deo
 iudicio relinquat! ne quidem nobis in
 mentem veniat, ut eorum bona fisco ad
 ci postulemus, aut obtorto collo in iudicium
 trahamus, ut proscribantur, vel virgis ca
 dantur; verbo, non cogitemus, inimicis
 nostris paria referre. Imo, si qua posside
 mus, eos nostro exemplo meliores efficiamus.
 Si quis propinquorum vestrorum, aut Filius,
 aut Pater, aut affinis, aut amicus injuriam
 passus est, nolite eum aliquam mercedis parte
 defraudare. Satis nobis sit, videre, quod
 persecutores nostri in foris, & theatris
 publicis populi clamoribus confundantur,
 ipsique tandem agnoscant*

p. 132. *se a Diis suis fuisse deceptos. Hoc erat
 vindictæ genus, quod S. Gregorius Christianis
 suadebat. Quamvis in his duobus sermonibus
 S. Gregorius Juliano non parcat, non tamen
 plus justo ejus memoriam lædere dici potest,
 si cum iis, qui*

Am. XXV. Gentiles, & adultores ejus Libanius, &
 c. 4. Ammianus Marcellinus de ipso scripserunt,

rius Sacram Communionem Corporis & Sanguinis
 Christi manifeste indicat. Interpres Protestantus
 reddidit: p. 225. Und Geschmack an Geistlichen
 Dingen. Bellissime!

runt, comparentur. At in hoc Principe Sæculum IV.
 ita bona malis, malaque bonis mixta e- A. C. 363.
 rant, ut facillime laudari, vituperarique Aurel. Vict.
 salva veritate potuerit. de Cæs.

§. LII.

Jovianus pacem Ecclesiæ reddit.

Jovianus Imperator nullus dubitans, Ju- Soz. VI.
 lianum impietate sua toti Imperio pe- c. 3.
 ricula accersisse, nulla interposita mora, Socr. 3.
 ad Rectores Provinciarum scripsit, ut c. 44.
 Christiani in Ecclesiis convenirent. Tum
 vero victimarum sanguis, quem Julianus
 copiosissime fuderat, fluere cessavit, om-
 nia Idolorum templa claudebantur, oc-
 cultabant se Gentiles, & Philosophi Pal-
 lio, quod Græce *Tribonion* nominabatur,
 eratque eorum professionis signum, di-
 misso, vestitum vulgarem resumebant.
 Ex Joviani nummis dispicitur, quod cru-
 cem Labaro restituerit. Ecclesiis, Cle-
 ricis, viduis, virginibus immunitatem
 reddidit, sicut etiam Beneficia omnia,
 quæ Constantinus Magnus, & Filii ejus
 Religioni concesserant, & Julianus revo-
 caverat. Jovianus speciatim distributio-
 nes frumenti, quas Constantinus Ecclesiis Soz. VI.
 fieri indulserat, rursus imperavit; at pro- c. 3.
 pter annonæ penuriam, qua tunc Provin- Theod. IV.
 ciæ premebantur, tantum tertiam par- c. 4.
 tem reddi jussit, totum redditurum se,
 postquam fames cessasset, pollicitus. Le-
 gem

Sæculum IV. gem quoque condidit, namque ad Secun-
A. C. 363. dum Præfectum Prætorio in Oriente mi-

Sozom. VI. sic, in qua capitali pœna sanciebat, ne
c. 3. l. 2. Cod. quis Virgines Deo sacras rapere auderet.
Th. de rap. aut etiam ad matrimonium sollicitare,
vel. matr. tit. quippe, Juliano regnante, multi tales vir-
25. l. IX. l. 5. gines, consensu, vel vi, vel blanditiis ex-
Cod. de Epis- torto, duxerant.
cop.

Quamprimum Jovianus, ex Persia
Theod. IV. rediens, Romani Imperii terras attigit,
hist. c. 2. lege lata, Episcopos, tam a Juliano, quam
a Constantio proscriptos, revocavit, jus-
sitque, ut Ecclesiæ illis Fidelibus, qui fi-
dei Nicænæ puritatem conservassent, red-
Greg. Naz. derentur; hoc quoque Imperatori non
or. 21. p. 394. erat ignotum, præcipuum tunc temporis
fidei defensorem esse Athanasium, hinc
datis ad eum litteris, rogavit, ut, quæ
credenda essent, exacte sibi perscriberet.
S. Athanasius non expectaverat Cæsaris
mandatum, ut suo latibulo prodiret, sed
per revelationem Didymi cognita Juliani
nece, in medio populi sui, insperato aspe-
ctu exultantis, comparuit, & Pastoris of-
ficio, ut consueverat, functus est.

§. LIII.

Epistola S. Athanasii ad Jovianum.

Acceptis Imperatoris litteris, S. Athana-
sius eruditissimos convocavit Episco-
pos, atque nomine omnium Episcoporum
Ægypti, Thebaidis, & Lybiæ rescripsit;
in

in hac epistola Episcopi docent, fidei Nicænae simpliciter esse inhærendum, & addunt: *Scias, Imperator, Deo dilecte! hanc Doctrinam omni tempore fuisse prædicatam, eamque omnes Ecclesias particulares recipere, scilicet Ecclesias Hispaniæ, Britannia, Galliarum, totius Italiæ, & Campaniæ, Dalmatiæ, Mæsiæ, Macedoniæ, & totius Græciæ; omnes Ecclesias Africa, Sardinia, Cypri, Cretæ, Pamphylia, Lyciæ, Isauriæ; Item, totius Ægypti, & Lybiæ, Ponti, Cappadociæ, & vicinarum Provinciarum; tandem Ecclesias Orientis, paucis exceptis, quæ opinionem Arii sequuntur. Omnium Ecclesiarum istarum fides reipsa nobis perspecta est ex epistolis, quas tenemus. Parvus vero quorundam numerus, huic fidei contradicentium, in totius Mundi comparatione nullius ponderis est. (*) Tum Symbolum Nicænum*
 episto-

Sæculum IV.

A. C. 363.

Theod. IV.

c. 2. 3. ap.

Ath. tom. 1.

p. 245. 246.

(*) Hoc illustrissimum S. Athanasii Testimonium illis Ecclesiæ hostibus est opponendum, qui in Concilio Ariminensi ferme totam defecisse cavillantur; Nemo enim S. Athanasio melius totius Ecclesiæ sensum illa ætate scire poterat. Dicit quidem S. Gregorius Nazianzenus oratione XXI. *Si perpauca exceperis, qui vel ob Nominis obscuritatem contemptui habiti fuerunt, vel ob virtutem restiterunt omnes temporibus obsecuti sunt; hoc tantum inter eos discriminis fuit.*
Hist. Eccles. Tom. IV. M quod

Sæculum IV. epistolæ de verbo ad verbum insertam
A. C. 363. est; & deinde proseguuntur in hunc mo-

Sup. l. XI.
S. 13.

dum: *Huic fidei, Domine! firmiter in-
hærendum, quia Divina est, & Apostolica,
nihil ob probabilem ratiocinationem
immutandum, sicut Ariani fecerunt, dis-
centes, Filium Dei ex nihilo productum
esse, fuisse tempus, ubi non extiterit, crea-
tum esse, & mutationi subjectum. Conci-
lium Nicænum non tantum dicit, Filium
esse similem Patri, aut similem Deo, sed*

ipsum

quod alii citius, alii serius in hanc fraudem inci-
derunt. At cum Fleurio respondendum, hunc
S. Patrem de Oriente tantum loqui, id est, de quibusdam
Asiæ Provinciis, ubi ipse illo tempore, quo Episcopi cogebantur ad subscribendum, de-
gebant. S. Hieronymus in suo Chronico secun-
dum Fleurium ad annum 361. dicit: *Omnes pro-
ne toto orbe Ecclesiæ sub Nomine Pacis, & Regni
Arianorum consortio polluuntur.* Hic attenden-
dum, S. Hieronymum non loqui de errore fidei,
sed de Contagione Communionis, & consortio
cum Arianis. Iterum S. Hieronymus: *Ingemito-
cens terrarum orbis Arianum se esse miratus est.*
Verum hæc dictio est oratoria, & Hyperbolica,
nam ex ipso S. Hieronymi contextu patet, Episcopos aliorum nequitia fuisse deceptos, nec diu in
errore perseverasse. Denique S. Athanasii in hac
Epistola ad Jovianum Imperatorem verba: *Ejus
(nempe Doctrinæ Nicænæ) Suffragatrices esse
omnes in omnibus locis Ecclesias, omnia dis-
cunt.*

ipsum & de Deo esse, & Deum verum. Sæculum IV. A. C. 363.
 Dicit, esse Consubstantialem, id est, verum
 Filium, de vero Patre natum. Patres non
 separarunt Spiritum S. tanquam a Patre,
 & Filio alienum, sed eum cum Patre, &
 Filio glorificarunt, quia Sancta Trinitas Greg. Naz. or. 21. p. 394.
 una tantum Divinitate subsistit. (*) Hoc
 est illustre testimonium, quod tunc S.
 Athanasius Catholicæ veritati reddidit.
 Perlecta hac epistola Imperatorem desi-
 derium subiit, S. Athanasium videndi, &
 viro colloquendi, igitur, ut ad se Antio-
 chiam, ubi ex Persia redux subsisterat,
 veniret, mandat, atque S. Athanasius ex
 amicorum consilio Imperatoris voluntati
 libentissime obtemperavit. Epiph. hæ. 68. n. 10. Soz. VI. c. 7.

§. LIV.

Libellus Semi-Arianorum.

Alia ex parte hæretici suis rebus invigi- Socr. III. c. 25.
 labant; omnium Sectarum Episcopi,
 ubi Imperatorem ex Persia redire vulga-
 tum est, obviam occurrere properabant;
 sperabantque ad suam Sectam pertrahi
 posse; at ille ex illorum parte se stare,
 qui Filium consubstantialem dicebant,
 omni tempore professus fuerat. Mace-
 donia-

M 2

donia-

(*) Eximium de Spiritus S. Divinitate Testimo-
 nium! ad quod respicere illi debuissent, qui se-
 quenti tempore æqualem Patri, & Filio nega-
 runt.

Sæculum IV. doniani, seu Semi-Ariani libellum supplicem primi miserunt, ut Ecclesias, quas

A. C. 363.

Anomei possidebant, sibi restitui obtinerent; Libellus iste nomine Basilii Ancyrani, Silvani Tarsensis, Sophronii Pompejopolitani, Pasinici Zenensis, seu Zenopolitani in Lycia, Leontii Comanensis, Gallistrati Claudiopolitani, & Theophilii Castabalensis in Cilicia Imperatori traditus est; illud quoque petebant, ut quæ

Soz. VI. Arimini, & Seleuciæ decreta fuerant, subsisterent, & quæ in contrarium vel dolose, vel vi acta, irritarentur, aut saltem, rebus in eundem statum, in quo ante ista Concilia fuerant, remanentibus, cujuscunque Sectæ Episcopis inter se liceret, ut luberet, convenire, quamvis cum aliis non

Socr. III. communicarent. Imperator Jovianus, accepto hoc libello, nihil rescripsit, sed tantum dicere auditus est: *disputationes odi; illos autem, qui ad unionem, & pacem Ecclesiæ reducendam adlaborant, colere, & maximi facio.* Cum ista Imperatoris verba ad aliarum Sectarum Episcopos fuissent delata, repressus est libellorum offerendorum impetus. Tunc autem Acacius, & qui auctoritatem ejus sequebantur, prodiderunt luculenter, quod semper fidem, quamcunque Princeps profiteretur, amplecti parati essent, nam cum viderent, Imperatorem, qui tunc erat Antiochiæ, S. Meletio multum honoris exhibere,

bere, cum hoc Episcopo colloqui ceperunt, & in Concilio, tunc temporis celebrato, Doctrinam de Filio, Patri consubstantiali, receperunt. Sæculum IV.
A. C. 363.

§. LV.

Concilium Antiochenum.

Concilio Antiocheno diversarum Provinciarum Episcopi viginti septem adfuere, atque inter eos præcipui S. Meletius, S. Eusebius Samosatenus, Titus Bostrensis, Pelagius Laodicensis, Irenion Gazensis, Acacius Cæsariensis. Athanasius Ancyranus duos delegavit Presbyteros, quod & quidam alii Episcopi fecerunt. Pelagius, & Athanasius in Concilio Constantinopolitano anno 360 cura Acacii Cæsariensis Episcopi creati fuerant, postea tamen digni veritatis Defensores exstiterunt. Hujus Concilii fructus fuit epistola Synodalis ad Imperatorem Jovianum data, ut confirmaretur fides Nicæna, ad imitationem Concilii Alexandrini; at vox consubstantialis non ita expresse ponitur; ipsa Concilii Antiocheni verba sunt sequentia: *Filius genitus est ex substantia Patris, & in substantia Patri similis est; non quod in Generatione ineffabili aliqua passio concipiatur, aut vox substantia juxta significationem linguæ græcæ hic adhibeatur, sed ut ea evertantur, quæ impius Arius ausus est dicere, Jesum Christum*

Sup. XIV.

§. 23.

apud Socr.

III. 6. 25.

Sæculum IV. *ex nihilo esse productum, & bodieque Antio-*
A. C. 363. *mei majori insolentia dicunt.* Tum totum Symbolum Nicænum epistolæ inferitur.

Hier. Chron.
an. 363.

Quamvis hæc fidei expositio sit Catholica, nihilominus, qui Meletio advesabantur, & sequebantur Paulinum, eam damnabant, quod Semi-Arianis, & Macedonianis faveret. Adhuc exstat breve scriptum, quod hanc formulam rejectam cupit, sub titulo: *Refutatio Hypocritarum Meletii, & Eusebii Samosatani, de consubstantiali male sentientium.* Prætextus hanc expositionem incusandi est, quod vocem: similis in substantia, tanquam explanationem vocis: consubstantialis, adhibeat, & de Divinitate Spiritus S. sileat. Certum interim est, aliquos eorum, qui cum S. Meletio, & ejus Concilio communicabant, tenuisse, Spiritum S. esse Creaturam, quamvis circa Filium ab errore immunes essent. Quod attinet ad Accacium Cæsariensem, vitæ præcedentis ratio locum dubitandi facit, an sincere Filium consubstantialem crediderit, & forte quorundam aliorum eadem dissimulatio fuit.

Epiph. hæc.
73. n. 34.

Paulinus quoque Antiochiæ insimulabatur, quod errores Sabellii, & Apollinaris foveret, quam accusationem ut apud S. Athanasium dilueret, eidem, Antiochiæ tunc moranti, Confessionem fidei tradidit

tradidit secundum formulam, sibi manu ^{Sæculum IV} propria Athanasii præscriptam, & Defini- ^{A. C. 363.} tioni Concilii Alexandrini, anni elapsi 362. conformem, in hæc verba: *Ego Paulinus Episcopus credo, quod didici, Patrem subsistentem perfectum, & Filium subsistentem perfectum, & Spiritum S. subsistentem perfectum. Hinc credo explicationem superius hic scriptam de trina hypostasi, & de una hypostasi seu substantia, quia credere, & confiteri Trinitatem, & unam tantum Divinitatem tenemur. De Incarnatione Verbi credo, sicut superius scriptum est, quod Verbum caro factum sit, secundum S. Joannem, non patiendo aliquam mutationem, quod impii dicunt, sed factum esse pro nobis hominem, ex S. Virgine, & de Spiritu S. genitum; nam Salvator non assumpsit corpus sine anima, sine sensu, sine intellectu, cum pro nobis vere homo factus sit. Ideoque omnes illos anathematizo, qui fidem Nicænam rejiciunt, & negant, Filium esse de substantia Patris, & consubstantialem. Anathematizo omnes, qui dicunt, Spiritum S. esse creaturam a Filio productam. Anathematizo etiam Sabellium, & Photinum, & omnes hæreses. Talis fuit fidei Confessio, quam Paulinus S. Athanasio tradidit, sua manu scriptam. Mens erat S. Athanasio etiam cum S. Meletio communicare, at malevolorum quorundam consilio hanc unionem in aliud ^{Basil. epist. 325. p. 100.} tempus distulit.*

M 4

§. LVI.

325. p. 100.

Sæculum IV.
A. C. 363.

§. LVI.

Ariani inter se divisi.

Philostorg.
VIII. c. 2.
Sup. §. 35.

Interim puri Ariani variis factionibus scindebantur. Euzoio nulla cura fuerat exequendi Decretum Concilii sui Antiocheni, ut Aetius absolveretur; hinc ipse Aetius, & Eunomius adversæ parti Principes se præbuerunt, cœperuntque pro diversis Ecclesiis Episcopos ordinare, atque pro ipsâ, ubi erant, urbe Constantinopoli, ibi enim multi ab Eudoxio aliarumque Sectarum Principibus deficientes, ipsis jungebantur. Igitur Eudoxius, omni reconciliationis spe deposita, acerrimum in eos concepit odium, quemdam nomine Theodosium, qui cum quibusdam aliis ab Eunomeorum partibus ad se transit, recepit, & Aetii ordinationem palam impugnavit. At Eudoxii Constantinopolitani modus agendi Euzoio Antiocheno non probabatur. Tanta erat illa tempestate inter Arianos animorum divisio.

§. LVII.

Arianorum contra S. Athanasium molitio.

Acta apud
Ath. to. 2.
p. 27.
Soz. VI.
c. 5.

Ariani Alexandrini ne tunc quidem a proposito S. Athanasium opprimendi desistebant. Cum Lucius ipsorum Princeps & quidam alii Antiochiam venissent,

Impe-

Imperatori Joviano per portam Romanam egredienti, ut in campum militarem procederet, obvios se tulerunt, dixeruntque: *Rogamus te, Potentissime, & Piissime Cæsar! ut audire nos velis!* Imperator dixit: *qui estis vos?* responderunt: *sumus Christiani, Domine!* Imperator: *unde, & ex qua urbe?* responderunt: *Alexandria.* Imperator: *quid vultis?* Ariani: *per quidquid possumus, rogamus, ut nobis Episcopum des.* Imperator: *mandavi, ut Athanasius, quem prius habebatis, ad Sedem suam redeat.* Ariani: *Auguste! vir iste a multis jam annis accusatus est, & proscriptus.* Quidam ex adstantibus miles, stimulante zelo, ait: *obsecro Domine! ipse perpende! qui isti sint, & unde veniant? sunt progenies ex Cappadocia, scelesti Georgii posteri, qui urbi Alexandrinæ, & toti Ecclesiæ pestem invexerunt!* ad hæc verba Imperator, subditis equo calcaribus, abvectus est. Alia vice redeuntes Ariani, dixerunt: *accusationes habemus, & probationes contra Athanasium.* Decem anni sunt, imo viginti, ex quo ab Imperatoribus Constantino, & Constantio æternæ memoriæ, & a Deo dilectissimo, summo Philosopho, & felicissimo Juliano relegatus fuerit. Imperator Jovianus dixit: *accusationes decem, & viginti annorum exoleverunt. Ne quid mihi ultra de Athanasio afferatis,*

Sæculum IV. tis; quare accusatus fuerit, & quomodo
A. C. 363. proscriptus, scio.

Tertia vice extremum conatum adhibuere Ariani, atque Imperatorem adiuuantes, dicebant: *alias quoque accusationes contra Athanasium habemus.* Imperator dixit: *multis simul clamantibus, reter confusus voces, quis verum dicat, discernere non possum; viros duos ex vobis, & alios duos ex populo eligite, qui loquantur, nam singulis vestrum respondere nolo.* Tum duo ex populo dixerunt: *sunt reliqui discipuli impii Georgii, qui nostræ Provinciæ pernicies fuit.* Ariani: *unicam, & summam fac nobis gratiam, da nobis Episcopum, quemcunque volueris, tantum non Athanasium!* Imperator: *dixi jam, quæ ad Athanasium spectant, irrevocabiliter statuta sunt; & iracundia commotus prætorianos dicebat, lingua latina, feri feri!* Ariani dixerunt: *Obsecramus! Athanasium remittis, unacum eo urbi nostræ exitium immiseris, nemo cum ipso communicat.* Imperator respondit: *Et tamen curiose mentem ejus exploravi, scio quod bene de Religione sentiat, sit orthodoxus, & bonam Doctrinam prædicat.* Verum est, dixerunt Ariani: *quod bene loquatur, sed in mente perverse de rebus sentit.* Imperator: *sufficit testimonium quod de ipso datis, eum bene loqui, & bene docere; si interne male sentit, soli Deo re-*

tionem reddet. Nos homines verba audi- Sæculum IV.
 mus, solus Deus cor cognoscit. Ariani; A. C. 363.
 jube, Domine! ut conventus agere possi-
 mus. Imperator: & quis prohibet? Aria- Arianorum
 ni: Domine! Athanasius nos vocat hære- Machinationes.
 ticos, & Dogmatistas. Imperator: loqui-
 tur de vobis, ut debet, & omnes illos, qui
 bene docent, loqui oportet. Ariani: Do-
 mine! non possumus hunc virum ferre;
 Ecclesiarum prædia nobis abstulit. Impe-
 rator: ergo advenistis, ut bonorum vestro-
 rum, non fidei causam ageretis? Tum ad-
 jecit: recedite, & in pace vivite! & post-
 ea: Ecclesiam adite! crastina conventus
 agetur, atque in fine singuli, quid credant,
 subscribent. Sunt in hac urbe Episcopi,
 ipse Athanasius adest, ipse illos, qui res fidei
 ignorant, docebit. Diem crastinam, &
 perendinam habetis! me enim castra re-
 vocant.

Causidicus quidam Cynicus ait ad
 Imperatorem: Domine! occasione Epis-
 copi Athanasii, Quæstor meas mihi domos
 abstulit. Imperator dixit: si tibi Quæ-
 stor domos tuas rapuit, quid hæc ad Athana-
 sium? Alius Causidicus, nomine Petalas,
 dixit: habeo accusationem contra Athana-
 sium. Ad hunc Imperator: tu vero Gen-
 tilis cum sis, quid tibi cum Christianis? non
 nulli de populo Antiocheno apprehensum
 Lucium Imperatori adduxerunt, dicen-
 tes: quæsumus, Domine! aspice, qualem
 homi-

Sæculum IV. *hominem in Episcopum sibi deposcant!* Ex quo vilem fuisse externam hominis speciem conjecturare licet. Nihilominus iterato Lucius in Palatii porta ad Imperatorem accedens, rogabat, ut se audiret; subsistit Imperator, & dixit: *dico tibi Luci! quomodo hic venisti, terra vel mari?* respondit Lucius: *se mari advenctum.* Imperator respondit: *dico tibi, Lucius! Deus hujus Mundi, Sol, & Luna pœnas meritas exposcant ab illis, qui tecum venerunt, quod te in mare projicere neglexerint! utinam navim, quam vectus es, nunquam propitius ventus afflet! utinam tempestate jactata procul ab optato portu demergatur!* Ariani per Euzoium Euvachos Palatii, & Probatium rogaverant, ut causam suam apud Imperatorem tuerentur, quod ubi ad Imperatoris notitiam venit, Spadonibus severe castigari iussis, dixit: *quiscunque contra Christianos sollicitaverit, parem mercedem accipiet.* Imperator post multa colloquia viri prudentiam, ingenium, & pietatem summopere admiratus, S. Athanasium ad regendas Ægypti Ecclesias a se dimisit.

Soz. VI.
c. 5.

§. LVIII.

S. Athanasius in Thebaide. S. Pacomius.

Credibile est, hoc tempore pacis S. Athanasium superioris Thebaidis Ecclesias visitasse. Adverso Nilo, cymba vectus, Tabernaculum

Tabennas pervenit, ubi erat S. Pacomii Sæculum IV.
 Monasterium. S. Pacomius S. Athana- A. C. 363
 sium reverebatur, & amabat, non igno-
 rans, quantum vitæ sanctitate celebrare-
 tur, quanta pro fide passus fuisset, & quan-
 ta charitate in omnes, præsertim vero in
 Monachos, arderet; ergo cum omnibus
 suis S. Archiepiscopo festinate obvium se
 tulit, eumque Monachi hymnos, & Psal-
 mos cantantes, ingenti lætitia complexi
 sunt. At S. Pacomius inter catervas Mo-
 nachorum latens, in ejus conspectum se
 non dabat, quod sciret, Aprionem, Epis-
 copum Tentyriensem, Monasterio suo vi-
 cinum, sæpe de se ad Athanasium, tan-
 quam de viro admirabili, & Sancto Dei
 famulo locutum fuisse, & rogasse, ut ad
 Sacerdotium promoveret. S. Pacomius
 plurimos tunc Discipulos numerabat,
 quos, mandato Dei expresso, & tribus
 vicibus ministerio Angelorum renovato,
 susceperat, & quos secundum Regulam,
 quam de cælo, in tabula scriptam, acce-
 perat, regebat. Præcipui hujus tabulæ
 articuli sunt sequentes; cuilibet licebat Sup. l. X.
 manducare, vel jejunare pro virium sua- g. 8. vita
 rum conditione; eadem in labore ma- S. Pach. c.
 22.
 num regula valebat. Terni in separa-
 tis cellulis habitabant; at culina, & Re-
 fectorium commune omnibus. Vestis
 eorum erat tunica, quam *Lebitone* dice-
 bant, linea sine manicis, sed cum cucullo.
 Cingulo

Sæculum IV. Cingulo stringebantur, & super tunicam
 A. C. 363. gestabant pellem caprinam albam, quæ

Græce *Melotes* dicitur, humeros tegentem. Cingulum, & Meloten manducantes, & dormientes retinebant, cum autem ad Communionem irent, (*) utroque deposito, solam tunicam servabant. Dum reficiebantur, cucullo caput involvebant, ut alter alterius intuitum arceret, & in silentio comedebant. Hospites ad mensam communem non ducebantur. Novitii tribus annis ea, quæ ad altiorem perfectionem ducunt, non meditabantur, sed in simplicitate manuum labore occupabantur. Totum Monasterium in viginti quatuor cohortes dividebatur, quarum unaquæque nomen unius litteræ ex Græco Alphabeto gerebat; hoc autem nomen (quod arcanum paucissimi sciebant) indicabat mores illorum, ex quibus quolibet turba constabat; ut res exemplo clarior fiat, simpliciores erant congregati sub littera jota, cujus hæc figura est *I*; qui durioris erant cervicis, sub littera *X*, cujus figura est sequens *X* ut Abbas eo facilius in tanta multitudine singulorum statum rescire posset, quandocunque hoc arcano sermo-

(*) Cum autem ad Communionem irent; id est, ad accipiendam Sacram Evcharistiam. Interpretes Protestans hoc reddidit Part. III. pag. 232. Wann sie in der Zelle sind. Egregium in Interpretate Protestante Fidelitatis specimen!

sermone, quem non nisi perfectissimi in-
telligebant, Superiores interrogabat. Sæculum IV.
A. C. 363.

Tandem Angelus, qui sæpius S. Pacomio loquebatur, mandavit, ut duodecim orationes de die, duodecim vespere, & totidem nocte fierent; cumque nimis paucæ S. viro viderentur, respondit, *hoc statuitur, quod infirmiores sine molestia adimplere valent, nam perfectis hac lege non opus est, sed in cellulis suis orare non cessant.*

Ergo S. Pacomius omnes, qui pœnitentiam acturi ad eum veniebant, cœpit suscipere, sed ad Monachorum societatem non nisi post longam probationem admittebat. Ipse exemplum eis dabat, majori vivens austeritate, quamvis totius Monasterii cura ei incumberet; ad mensam discumbentibus ministrabat, in horto laborabat, ostium pulsantibus respondebat, diu, noctuque ægrotis serviebat. Tres
c. 23.
primi ejus Discipuli Psentheffus, Suris, & c. 24.
Obsis fuere. Deinde Pecusius, Cornelius, Paulus, alter Pacomius, & Joannes inter cœteros eminuere. Cum aliquibus, quos idoneos judicabat, Monasterii curas partiebatur. Diebus festivis Sacerdotes ex vicinis oppidis accersebant, ut apud se SS. Mysteria celebrarent; nam S. Pacomius Monachos ad Clericorum ordines promoveri non sinebat, quod diceret, ipsis magis expedire, si omnis elationis, & invidiæ occasio abesset. Verumtamen
ad

Sæculum IV. ad vitam Monasticam eos recipiebat, quos antea Episcopi ordinaverant, eorumque Ministerio utebatur; debita eos recipiebat reverentia, quamvis non nunquam gravioris delicti reos suspicari primum esset, quod judicandum Episcopis relinquebat.

6. 25.

Inter advenientes, ut Discipuli S. Pacomii fierent, erant infantes, senes, & omnis conditionis homines, quos ipse pro diversitate indolis, & virium corporis diversè regebat. Hi laborabant, ut victum sibi pararent, alii toti fratrum collegio serviebat; non omnes eadem hora cibum capiebant, sed unusquisque, prout ratio operis, cui incumbebat, exigebat, aut abstinentiæ studio volebat. Omnes vero ad obedientiam S. Pacomius exhortabatur, utpote brevissimam ad perfectionem viam. Ut partem oneris sublevaret, cuilibet domui, & tribui, id est, multis Monachorum millibus suos Superiores præfecit. Si quis horum Superiorum absens esset, ipse tanquam omnium servus absentium vices supplebat, & paterna sollicitudine Monasteria circuibat.

Haud procul a Monasteriis S. Pacomii pauperes ruricolæ habitabant, pecorum pastores, neminem habentes, qui Sacramenta præberet, & SS. Scripturas prælegeret. Hinc S. Aprionis Episcopi Tenstyriensis consilio adjutus Ecclesiam in

agre

agrestium istorum oppido, pene deserto, Sæculum IV.
A. C. 363.
 ædificare statuit, qua exstructa, dum nec-
 dum Lectores, aliive Clerici ad officium
 Divinum in nova Ecclesia celebrandum
 ordinati essent, S. Pacomius cum suis Mo-
 nachis, hora, qua Conventus Ecclesiastici
 agi solebant, illuc se conferebat, & S. Scri-
 pturam legebat, nec vir Senex hoc mini-
 stero, quod in Ecclesia tunc minimum
 erat, fungi erubescere; tanta vero at-
 tentione, & cordis affectu legebat, ut ocu-
 lis populi auscultanti Angelo, quam ho-
 mini similior videretur; tanto zelo plu-
 res ad amplectendam fidem Christianam
 permovit, nam nullam rem magis quam
 conversionem Gentilium exoptabat. Hæc. c. 27. 44.
 reticos cane pejus, & angue averfabatur,
 nominatim vero Origenem, quem pro
 hæretico habebat, eo quod alii ex ejus
 scriptis perversas opiniones hausissent.
 Hæc erat Thebaidis facies, quando S.
 Athanasius ad S. Pacomium invisit.

§. LIX.

Monasterium Sororis S. Pacomii.

Cum S. Pacomii Sanctitatem fama ad c. 28.
 ejus Sororem detulisset, venit ad ejus
 Monasterium, ut fratrem videret; ipse
 ostiario respondit, ut diceret suo Nomine:
*Soror mea! per istum fratrem, quem ad te
 mitto, intelliges, me esse in hac hora vi-
 vum, & incolumem; ergo vade in pace,*
Hist. Eccles. Tom. IV. N &

Sæculum IV. *Et noli contristari, quod me oculis corpore
A. C. 363. ris non videas.* Si meam vivendi ratio-

nem imitari vis, serio delibera, & si militans constans esse tua voluntas visa fuerit, faciam, ut tibi ædícula excitetur, qua, si expediat, commorari possis, & nullus dubitavit, quin tuo exemplo Dominus plures alias ad morum conversionem alliciat. Soror his verbis perceptis amarissime flevit, & compunctione tacta, uni Deo servare statuit. S. Pacomius Monasterium sorori, a suo remotum, construi iussit, & fratribus in adversa Nili ripa, atque brevi tempore maximæ Sancti-Monialium multitudinis Mater extitit. S. Pacomius cujusdam S. Senis, nomine Petri, curam commisit, has Dei famulas sapius invigilare, instruere, & suis hortationibus solari. Regulam quoque observandam dedidit. Monachorum instituto simillimam. Si cujusquam fratris soror aut propinqua in Monasterio Virginum esset, quam videre cupiebat, cum socio Seniore, & probatissimo adire licebat; primo illius, quam cæteris erat præposita, alloquium petebatur, ipsa deinde præsentem, & quibusdam senioribus Monachus, servatis modestiæ regulis, propinquæ suæ loquebatur, non autem licebat quidquam dare, vel accipere. Quando Moniales Monachorum opera ad ædificandum, aliosve labores indigebant, laborantibus viri probatæ virtutis

tutis præficiantur; opus injunctum in timore Dei perficiebant, & hora refectio- nis ad Monasterium redibant, nunquam enim apud illas manducabant, aut bibe- bant. Si quando Virgo mortua fuisset, aliæ, omnibus ad sepulturam præparatis, defunctam ad ripam fluvii, quo duo Mo- nasteria separabantur, Psalmos de more cantantes, deferebant; Tunc advenien- tes Monachi cum ramis palmarum, & oli- varum, cantantes, funus in alteram ripam trajiciebant, & cum gaudio in suis sepul- chris deponebant.

§. LX.

Miracula S. Pacomii.

Sanctus Pacomius etiam Miraculorum dono claruit. Quædam mulier ex ur- be Tentyra diu sanguinis profluvio afflige- batur; cum audisset, quanta S. Pacomii virtus esset, Confessorem Dionysium Pres- byterum, & Ecclesiæ Tentyriensis œcono- mum, viri Sancti in paucis amicis, adiit, rogavitque, ut virum Sanctum accerferet, tanquam alterius negotii necessitas id exi- geret; S. Pacomius, ad Ecclesiam veniens, oravit, precibusque completis, salutavit Dionysium, & penes eum consedit; ipsis colloquentibus, mulier accessit retro, vi- va fide impulsæ, sed ob viri reverentiam trepida, cucullum, quo caput ejus tegeba- tur, tetigit, & tangendo sanata est. Prona

Sæculum IV.
A. C. 363.

c. 34.

N 2 in

Sæculum IV. in terram cadens, egit Deo gratias, & Pres-

A. C. 363. bytero Dionysio Benedictionem imperti-

ente, ad sua rediit. Vir quidam procul
videns S. Pacomium, sub porta Monasterii
stantem, accurrit, & ad pedes ejus prostra-
tus rogat, ut filiam suam a Dæmone, ipsam
torquente, liberaret; S. Pacomius, eo an-
te fores relicto, intravit, & per ostiarium
significari jussit: *non solemus feminis col-
loqui, sed si quam vestem filiae tuae habes,
mitte eam, benedicam, & remittam tibi,
confidens in Iesum Christum, quod liberan-
da sit.* Ergo tunica puellæ illius affertur,
quam S. Pacomius severo oculo intuens,
ait: *non est hæc tunica, cujus esse dicitis,* pa-
tre autem ejus affirmante, quod esset, sub-
junxit: *scio, quod ejus sit, at virginitatem
suam Deo consecraverat, & fregit votum,
ideo dixi, quod ejus tunica non sit; jam er-
go tibi in Dei præsentia promittat, se in
continentia victuram, & Iesus Christus
sanabit eam.* Afflictus Pater veritatem ex
filia quæsiit, quæ culpam confessa, cum ju-
ramento promittebat, nunquam imposte-
rum mali quidquam admissuram; tum S.
Pacomius oravit pro ea, & oleum, a se be-
nedictum, misit, quo simul ac peruncta, a
Dæmonio liberata est.

Vir alius, cujus filius erat a Dæmone
obsessus, ad Sanctum Pacomium venit, qui
dedit ei panem benedictum, sollicitè mo-
nens, ut obsessus, quotiescunque reficere-
tur,

tur, ante comestionem pauxillum hujus Sæculum IV.
A. C. 363.
panis sumeret; Parens filio suo panem de-
dit, sed is, Dæmone prohibente, non gusta-
vit, habensque ante se panem alium, arri-
puit, & comedit. Pater panem benedi-
ctum in minima frustra fregit, atque in
palmæ termites, eorum nucleis ablatis,
immisit, nihilque aliud filio, quod come-
deret, dedit; puer obsessus cortices ape-
ruit, frustula panis abjecit, & nec ipsos ter-
mites manducans, omni cibo abstinuit.
Parens per plures dies puero nihil omnino
cibi suppeditavit; tandem, fame premen-
te, panem benedictum comedit, indormi-
t, & fugatus est Diabolus. Plures alios
ægrotos S. Pacomius sanitate donavit. Si
autem Deus preces ejus exaudire noluis-
set, ideo non affligebatur, aut mœrebat,
sciens, Deum sapissime majus homini be-
neficium, si quod postulat, deneget, quam
si concedat, præstare.

Varus Episcopus ex urbe Panos ad S. c. 39.
Pacomium litteras dedit, rogans, ut prope
urbem suam Monasteria fundaret; annu-
ens postulationi Pacomius, itineri se de-
dit, atque transiens omnia Monasteria sibi
subjecta visitavit. Panos advenientem S. Pacomius.
cum Monachis suis Episcopus summis Re-
verentiæ signis excepit, diem illam festi-
vam esse jussit, & pluribus ædificandis Mo-
nasteriis locum assignavit. Statim vir San-
ctus in gaudio S. Spiritus opus aggressus

N 3 est;


Sæculum IV. est; ecce autem, dum murum exstruunt,
 A C. 363. qui totum Monasterium ambiret, noctur-
 ni quidam grassatores in tenebris demo-
 liebantur, quæ per diem fuerant ædifica-
 ta. Equidem S. Senex discipulos suos hor-
 tabatur, ut hæc patienter ferrent; sed vin-
 dictam malorum Deus suscepit, & cum
 perditii homines congregati essent, ut,
 quod pessime sibi proposuerant, perfice-
 rent, Angeli Ministerio flammis consum-
 pti ab hominum oculis disparuerunt. Ex-
 structis Monasteriis S. Pacomius quosdam
 ex suis Discipulos ibi reliquit, quibus Sa-
 muelem, virum hilarem, & sobriam præ-
 fecit. Haud procul ab urbe sita erant hæc
 Monasteria, hinc diutius ibi moratus est,
 donec novella germina radices posuissent.
 S. Pacomius dono Prophetiæ prædi-
 tus fuit, eique Deus inter alia, quis suorum
 Monasteriorum post mortem ejus futurus
 esset status, revelavit, nempe fore, ut Mo-
 nachi admodum multiplicarentur, quos-
 dam in pietate, & abstinentia perseveratu-
 ros, alios in tepiditate lapsuros, & peri-
 tuos; tantum malum præcipue a negli-
 gentia Superiorum profecturum, qui non
 satis firma in Deum fide, multitudini es-
 sent adulaturi; hos discordiæ semina
 sparsuros, nec quidquam amplius Mona-
 chi, nisi vestem retenturos. Sic ubi semel
 mali Monachi cæterorum Regimen inva-
 serint, orituras æmulationes, & jurgia, &
 aliquos

aliquos prima munia ambituros; in Præ-Sæculum IV.
 latos eligendos, non qui meritis, sed tem- A. C. 363.
 pore priores essent; bonis loquendi, alios-
 que corripendi libertatem eripiendam,
 eosque, quamvis silerent, & quiescerent,
 malorum persecutionem non evitatu-
 ros. S. Pacomius hac revelatione afflictissimus
 visione cœlesti, dum ipsi JESUS CHRISTUS
 inter Angelos medius apparuit, recrea-
 tus est. (*) N 4

(*) Hem tandem aliquod indicium! Interpre-
 tem nostrum verosimilius esse Lutheranum, quam
 Calvinistam. Hic in Nota adjecta Lutherum cum
 S. Pacomio comparat, S. Pacomium Dono Mira-
 culorum, & Prophetiæ præditum fuisse non cre-
 dit, & in fine subjungit: Zur Bestimmung eines
 Wunderwerks und Weissagung gehöret weit
 mehr; oder wenn dieser Begriff zum Grunde
 geleyet werden soll, wie er hier vor Augen lie-
 get, so können wir gewiß erweisen, daß Lu-
 therus ein Wunderthäter, und Prophet gewe-
 sen, und also zwey grosse Siegel zu seinem Re-
 formationsgeschäfte gehabt.

Habemus hic fatentem, Protestantes probare
 non posse, Lutherum fuisse Thvmaturgum, aut
 Prophetam. Imo, utinam quod Lutherus in Ca-
 put 4tum ad Gal. commentans prædixit adimple-
 retur; ibi enim Doctrinæ suæ interitum immine-
 re vaticinatur. Jam vero si Deus permittat, ut
 ejus errores usque in Sæcula durent juxta illud
 ad Corinth. II. oportet esse Hæreses, falsa est ejus
 Prædictio, & qualis Prophetia, talis etiam est Pro-
 pheta. Si Lutheri Doctrina intereat, alia profe-
 cto fuit, quam JESU CHRISTI, quæ in æternum sta-
 bit. Sed cum Interprete nostro loquamur: ipso
 fatente Lutherus nullum Donum, nullum Signum
 speciatim, & Cœlitus concessum habuit. Nunc
 duo sunt modi, quibus Doctor, qui a Deo est,
 Missio-

Sæculum IV. Missionem suam probet, vel per Miracula, vel per
A. C. 363. testimonium hominum. Quæro igitur, an Lutherus immediate a Deo acceptis Donis Miraculorum, vel mediate, id est, interveniente Præcepto aut Licentia obtenta ab Hominibus, hanc Potestatem habentibus, ad reformandam Ecclesiam Romanam missus fuerit? modo primo fuisse missum ipse Protestans noster non affirmat; ergo modo secundo. Rursus itaque quæro, a qua Ecclesia Lutherus se missum probaverit? an a Romana quam contempsit? an ab alia? quinam sunt illi Episcopi, aut alius Potestate mittendi gaudens qui eum miserunt? ergo Lutherus nullo proprio signo ab omnibus, quotquot ab Exordio Ecclesie fuere Hæretici, distinguitur. At non indigebat Lutherus aliqua Missione, quia nihil nisi clarissima in Evangelio contenta docebat. Ergo solus Lutherus, & pauculi in Ecclesiam Romano-Catholicam rebelles Doctores Sensum Sacræ Scripturæ v. g. in Materia de Merito, de Sacramentis, de Potestate a Jesu Christo S. Petro, concessa intelligebant? ergo Jesus Christus Ecclesie suæ promissam Spiritus S. assistentiam subtraxerat? imo hoc est, quod quæritur, an Lutherus melius quam Ecclesia Romana S. Scripturæ sensum perspexerit? Omnes Hæretici, præsertim Ariani, ex verbis S. Scripturæ errores suos probare nitentur; idem fecit Lutherus, nullo signo vel argumento munitus, cur ipsi potius, quam omnibus superiorum temporum Hæreticis, qui ab Ecclesia Romana defecerunt, esset credendum. At iterum! Abusus in Ecclesia Romana erant manifesti, contra quos Lutherus scripsit. Si Lutheri mens fuisset abusus tollere, poterat cum multis viris Catholicis illius ætatis contra hos abusos, qui hodie maximam partem sublati sunt, calamum stringere. Quis vero ei Potestatem dedit, quis misit, ut post tot Sæcula Ecclesie Romanæ Doctrinam damnaret, & ab
 & Fidem Anti-Christianam proclamaret, & ab
 ejus Communionem populos avelleret?



HISTO.